Alleluia vl luyula vel panis cuculi. luyula herba est acetosi saporis. folium eius est paruum et tripliciter diuisum. ⁊ in cacumine cuiuslibet partis est alia incisura. Semina eius sunt in vaginulis similibus cornículis. que cum tanguntur tempore maturationis euolant ab eis. semina similia andachuce tendentia ad rubedinem. et vocatur trifolium acetosum. sicut apparet in cap. trifolium. Trifolium acetosum: id est alleluia. ponitur adamasceno in vnguento dyafinicon. et vocatur ipsum trifolium. ¶ Plinius ca. bachaelis est trifolium acetosum. folia flores ⁊ fructus sunt frigidi et sicci. folia tamen sunt humidiora predictis. Fructus vel semina eius matura aliquálem habent dulcedinem.

Operationes

A ¶ Luyula siue alleluia medet vlceribus oris et fistulis. simulatur in virtute acetose siluestri. est

B stiptica. cõsolidat vulnera et vlcera. ¶ Succus eius valet vlceribus oris antiquis et alcole

L ¶ Plinius cap. bachael propter acetositatem existentẽ in ipso valet ad alcolam: et alias egritudines oris.



Capitulum xvij.

Alkekengi vel kekengi. Serapion libro aggre. Alkekengi est species solatri quod dicitur kekengi. quod habet folia similia foliis solatri. nisi quia sunt latiora eis et rami eius quando elongantur declinãt inferius versus terraz. et habet fructum in cistí rotundum similem vesice. ⁊ est fructus eius granum rubicundum. similem vue quem quídam kikilium vocant.

Operationes

¶ Serapion. kekengi quod quidã nominant A
kakabum virtus eius est q fructus eius pro-
uocat vrinã. ¶ Et ideo admiscetur iste fruc9 B
in multis medicinis que conferũt epati vesice
et renib9. ⁊ hec bibita administrari in medicinis
et non comedit. ⁊ fructus bic mundificat icteri
tiã ⁊ puocationẽ vrine. ¶ Et idem alĩ habit L
Alkekengi est aliud montanũ aliud siluestre.
et est albũ. et est simile in forma solatri superio
ri. ¶ Et succus eius bibitus ⁊ uenit apostema D
tibus tam in trinsecis q extrinsecis. ¶ Et ẽn- E
do linit sup apostemata extrinseca conuenit eis
¶ Et granum eius quando bibitur conuenit F
vlceribus renum ⁊ vesice. et granũ eius est for
tius domestico. ¶ Succus granoz alkekẽgi G
puocat vrinam puocatione forti.



Capitulum xviij

Aloe. ysidorus in libro ethimologiaꝝ Aloa est herba succi amarissimi.

¶ Platearius. Aloe fit ex succo herbe que appellatur eodem nomine. hec herba non solū in Grecia reperitur et in India et Persia uerūetiam in Apulia. Et succus vtilis est ad multa. sicut dicetur infra. Aloes tria sunt genera. Epaticum. Succotrinū et Caballinum Modus autē factionis eius diuersimode creditur. quidam dicunt qō herba ipsa teritur et succus extrahitur ꝛ ad ignem ponitur quousqꝫ buliat. ꝛ postea soli exponitur et exsiccatur. Illud enim qō superius colligitur prius appellatur succotrinū. Quod in medio minus purum est. Epaticū dicitur. Quod in fundo fecu lentum vocatur caballinum. Aliqui asserunt aloes diuersas maneries fieri ex herbis diuersis. nō genere sed bonitate. ex quibus iste tres maneries sunt aloes. Alij dixerunt qꝫ Aloes tribus modis est. Unū rubeū de quadam insula Indie. q̄ dicit Scotra. Aliud est nigrum quod est de persia. Aliud citrinū. et fit in Arabia. quibus omnibus laudabilius est scotrense. precipue si fuerit pꝛelucidū. et rubeum quasi color epatis. citoqꝫ frangibile et odoriferum ꝛ amarissimum. Sed pꝛima opinio melior. Discernitur autem quod est optimū succotrinuꝫ ex citrino colore seu ruso. Et pcipue cum frangitur eius puluis. apparet quasi puluis croci. et qꝫ leniter frangitur nec fetidū nec valde amarum. Epaticum autem colori epatis simulatur: scilicet quod est subnigrum. et hincinde habet foramina vt ora venarum. et obtusam habet substantiam et non claram. Caballinū autem est nigrum. et obscuram et feculētā habet substantiam amarissimam. et horribilem ꝓtendit odorem. quia valde fetidum est. Sed attende qꝫ illud quod de natura sua est aromaticū. qñto est aromaticus tanto melius. Et quod est fetidum. quāto fetidius tanto melius excepto aloe. Similiter omne quod debet habere alīquem saporem. quanto in suo sapore est intensius tanto melius accepto aloe. Nam cū sit de natura rerum amaritudinē habentium. quanto minus amarum. tāto laudabilius. Et est sciendum qꝫ quando aloe simpliciter ponitur ꝓ succotrino intelligitur. licet fm Alexandrum intelligatur ꝓ epatico Serapion libro aggre. capl. fabet. id est aloe. Aloe fit ex plāta que habet folia similia foliis squille in quibus est humiditas viscosa multa. tenax adherēs manui. et sunt latiora foliis squille parum. et quasi rotunda. et indurantur et inclinantur ad posteriora. et sunt in eis spine que egrediuntur ab eis breues et rare. et habet stipitem similem stipiti affodillorū. Et tota herba habet odorē graue et saporem amarum multum. Et radix eius ē vna similis cannule lignee. Nascitur multū in India et in terris arabum: et in terris dictꝫ atima et in maritimis et ripis et insulis que dicuntur ancaros. Et non solum eius gummi ē iuuamenti magni. sed etiam flos eius. Nam quando teruntur et ponuntur super vulnera faciūt ipsa adherere. Et aloes sunt due speciēs. quarū vna est arenosa. et est fex. et alia est epatica. Jo. mesue cap. de aloe. Aloe ē de sublimioribus medicinis et melioribus. habens ꝓrogatiuam super alias medicinas. Nam quā qꝫ intentio vniuscuiusqꝫ solutiui sit fm plurimum debilitare virtutes et membra que sunt minere virtutum. hec tamen intentio cadit ab aloe. quia non solum non nocet. ymo inueniꝫtur ad confortationem membrorum debilium addere.

Operationes

¶ Pandecta capitulo xxxiij. Aloe purgat coleram et flegma. visum clarificat. opilationem splenis ꝛ epatis aperit. menstrua pꝛouocat: superfluitates circa pudēda si sint ex frigida cau

B sa extergit ꝛ scabiem curat. ¶ Corpus discoloratū coloratū reddit. Contra scabiem ꝛ putredinem pudendarū et pruritum digitoꝝ qui fit ex seriozibus aloe cum aceto confectum et sic inunctum valet. Contra arteticam detur cum succo bardane.

L ¶ Contra alopitiam et casum capillorū i fortissimo buliat aceto. radix olive vetuste ꝛ post ea coletur ꝛ in colatura ponantur due partes farine lupinorū amararū et tres aloes. que simul conficiantur. et addaꝫ puluis stafisagrie. ꝛ inungatur caput per discriminalia.

D ¶ Aloes puluis optime distemperatum cum vino albo et aqua rosarum multum valet ad pruritum oculorum

E ¶ Suppositoriū factum extrifera magna cuꝫ puluere aloes et mastice provocat menstrua

F ¶ Puluis eius cum melle datus. lumbricos occidit. Et cum succo persicarie auribus instillatus vermes necat.

B ¶ Dyascorides capitulo de aloe. Virtus est ei stiptica et mediocriter calida. et sic nimis ventrem mollit. purgat putredinem. coleram ꝛ flegma deducit.

H ¶ Halienus. Aloe sanat difficile circa trisabilia vlcera. et presertim que in ano ꝛ pudendis cōfert etiā flegmoni eorum collectū cum aqua Eodem quoq; modo vulnera solidat.

I ¶ Johānes mesue. Aloe solutione educit coleram et flegma: ꝛ mundificat caput ab eis et stomachū. et cōfert iuuamentū magnū doloribus eoꝝ. Et confert etiam inflationi stomachi et siti et dolori eius ex colera factis.

K ¶ Et qui assiduat acceptionē eius diebus cōtinuis. non videbit in corpore suo. ꝛ in instrumentis sensuum eius egritudinem. que non sit abilis sanari. et preseruat a putrefactiōe. ita qꝫ etiam cadauera ꝛ proprie mixtum cum myrra Laue id dare temporibus frigoris. excoriat enim. Et solutione educit sanguinem. Quantitas que potest administrari ex eo est ab aureo f. vsqꝫ ʒ. ij. Et infusionibus ab aureo. id est vsqꝫ ad ʒ. iij.

L ¶ Serapion autem in libro aggre. capitulo proprio multa dicit de aloe. que oīa sunt de mente Dyascoridis.

M ¶ Halienus autem aliorū hic implicite vel explicite tacta. quare propter breuitatem ea hic ponere obmitto.

Capitulum xix



Aloes lignum. Aloa vel agalaym est arbor suauissimi odoris. Unde grece sic nominaꝫ. Arabice vero hoab. Latine lignum aloes vel xilo aloes vel aloes lignum. Aloa dicitur eo qꝫ lignū tale altaribus adolet ur. reperiꝫ autē in magno flumine superioris babylonie. cui coniungitur fluuius paradisi. Unde quidam dicunt qꝫ impulsione fluuij ab arboribus terrestris paradisi conducꝫ. Nullus tamen huius arboris fertur vidisse originem. Alij dicunt qꝫ in cacuminibus montiuꝫ supradictoꝝ locorū circa predicta loca existentiū oriatur hoc lignū. ꝛ impulsu venti aut temporis vetustate cadit in fluuium. Est calidum et siccum in secundo gradu. Sed sciendum qꝫ sunt aliqui deceptores. qui accipiunt radices camellee in mōtibus amalsie. et quoniā videntur assimilari. vt. ūq; in colore pondere et sapore cum ligno aloe. sophisticant ipas. ponendo in vino ebullitiōis puluerīs ligni aloes per aliquos dies. quod deo et hominibus abominabile est quoniam camelea multū laxatiua est. Lignū aloes vero est stipticū. Et camelea de se nullum habet odorē. sed lignū aloes est suauissimi odoris. ¶ Lassi. se. cap. de ligno aloes Lignū aloes tribus modis est. Uno modo fit in quadā regiōe. et dicit caume. Est aliud qd̄ fit in insula Indie maioris. et vocatur cumar: Tertiū oritur in quadam regione Indie. ꝛ dr̄ sales. Eligendū est autem lignū Aloes quod non est coctum in aqua. Nam arabes faciunt ipsum bulire in aqua. et illa aqua vtuntur ad multa cōmoda. tale ergo lignū amisit spiritum

et paucā aut nullā habet operationē. ¶ Auicē. libro. ij. ca. xlo aloes calida est et sicca in scō gradu. et est subtile aperitiuū opilationū. frangitiuū ventositatū.

Operationes

A ¶ Pandecta. ca. xxxij. Lignū Aloe valet contra debilitatē cordis. stomachi. epatis et cerebri. ¶ Cōtra cordiacā. ꝫ retentionē mēstruoꝝ cōtra oēs passiones ⁊ debilitates cordis potissime ex frigiditate. ¶ Tūnū decoctionis eiꝰ digestionē cōfortat. ¶ Et stomachū infrigidatū calefacit. Et si abominabile fuerit ponat parū ligni aloes integri in vino per noctē. mane vinū exhibeatur. ¶ Suffumigiū ex eo factū ⁊ receptū inferiꝰ a muliere perembotū puocat mēstrua. ⁊ suffocatiōes matricis medet. ¶ Similiter trifera magna sumpta cū decoctiōe ligni aloes menstrua puocat. ¶ Fumus eius p nares receptus cerebrū confortat. ¶ Similiter si accipiat puluis ligni aloes ⁊ gariofiloꝝ ⁊ ossis de corde cerui. ¶ Et confriciant cū oleo ⁊ inunguatur caput galli in die illa et nocte non cessabit cantare. ¶ Lassius felix lignū aloes cōfortat stomachū. et alia membra interiora. superfluaz corporis humiditatem expellit. maxime de stomacho ventositatē dissoluit. opilationē aperit ventrē cōstipat. fluxui vrine repugnat. ¶ Serapion. Lignū Aloes est cōpetens multū habētibus egritudines in epate ⁊ ad dissinteriaz Et sedat dolorem lateris et ē ex fumigijs bōis ⁊ datur ex eo aureus vnus ⁊ remouet putredinē a stomacho ⁊ fortificat ipm. ¶ Et idez auc. atabari. Lignū aloes stringit ventrē. ⁊ corroborat viscera. ꝓpter virtutē stipticam que est in eo cum aromaticitate. Et eijcit superfluitatē humiditatū corruptaz a corpore. ¶ Et idem auc. Rasis. Lignuz aloes est bonū stomacho humido. ¶ Et idem auc. ysaac āben arā. Lignū aloes est bonū cerebro. ⁊ fortificat viscera. Et expellit superfluitates humidas. ⁊ facit descēdere flegma a cerebro quādo fit suffumigatio cū eo. ⁊ maxime illud flegma quod generat ex vaporibus ascendentibus a stomacho. ⁊ expellit vētositates. ¶ Lignū aloes remouet superfluitates humiditatz. ⁊ confortat viscera. ⁊ prohibet iram. ¶ Et masticatio eius facit oris odorē bonū. ⁊ confortat neruos. ⁊ acquirit eis vnctuositatē subtilem. ⁊ confert cerebro valde. ⁊ cōfortat cor et letificat ipm. ⁊ cōfortat epar. ⁊ in ipo est virtus constringēs naturā. ⁊ confert dissinterie melācolice ¶ Et idem de viribus cordis dicit q confortat cor.

Capitulum. xx



Ambra gre. latinū nuncupat. Ambra fm quosdam est sperma ceti piscis. Et fm quosdā est fructus arboris sub mari crescēris. vel gummi. vel mana cor fontis in mari. Et fm quosdam est iccur piscis. Et fm quosdā spuma maris. Et fm alios est stercus aīalis marī. sed falso. qm ābra generat in tra Calida ē ī. ij. ḡdu sicca in. i. circa sinē. Sophisticat aūt ambra cū ligno aloes storace calamita et laudano resolutis. addito musco resoluto in aqua rosarū. ⁊ apposita aqua in parua quātitate. Sed cognoscit. qz sophisticata potest malaxari sicut cera. vera aūt ambra non.

Sera. li. aggre. cap. Ambar idest ambra Nascit in mari et generat in speciē fungoꝝ q generant in terra. Et qn mare turbat eijcit a fundo eiꝰ lapides magnos. ⁊ cuz eis eijcit frusta ambre. Et plurimuz ex ea ingredit in mari qō est in terris gingios. et in occidēte. ⁊ illa defert almacayde. Deferūt cm illuc boues q nominant mihere. i. veloces qn mouerūt qz mare eoz eiecit ambrā. Melioz autē ex ea est illa q̄ inuenit in insulis illarū regionū. et in littoribꝰ ipius cū figura rotūda coloris celestiz. Illa ꝙ q̄ est alba sicut ouū struticis est mala. ⁊ est illa quā devorat quidā pisces magni q̄ vocāt azel q̄. cū deglutiūt eā occidunt ab ea. et natāt sup aquas. quos videtes boues de zingios ꝓsiliūt

ſuper eos vncos ferreos.ꝛ extrahunt ipſos de mari.et extrahunt ambram de ventre eoꝝ:ꝛ ē ambra non bona:maxime que in vētre reperit ꝛ nomināt eam apotecarij pſie maioris madi Uerū illa q̄ reperit iuxta ſpinā dorſi.ꝛ eſt pura et munda multū ꝛ bona valde.¶ Aui.li.ij.ca. de ambra.Ambra ē cali.ꝛ ſic.Et dī q̄ ſit caliditas eius in ij.ꝛ ſiccitas in primo gradu.

Operationes

A ¶ Pan.ca.xxxvij.Contra ſincopim accipe.ʒ. i.ambre.ꝛ.ʒ.i.ligni aloes.et .ʒ.ij oſſis de corde cerui.q̄ oia reſoluant in aq̄ro.et fiāt pillule et ꝓpinent.¶ Contra epilentiā.pone ambrā ꝛ cornu cerui in vaſe vitreo ſup carbones et patiens ſuſcipiat per os et nares et multuꝝ valet

B ¶ Cōtra ſuffocationē matricis q̄ oppmit ſpiritualia.ponat ſilr in vaſe vitreo cū alijs aromaticis:ꝛ recipiat fumus p̄ os vulue¶ Sera. Ambra ꝓfortat cerebꝝ ꝛ corroborat ipſum et ſenſus oēs et cor:ꝛ ꝓfert ſenib ꝛ frigidis complexionib.¶ Sera Ambra virtutez cerebro

C preſtat.ꝛ ceteris ſenſib:ſeu cordi.adiuuat q̄z ſenes ꝛ illos q̄ a frigidis humoribus poſſident.

D ¶ Aui.Ambra ꝓuenit decrepitis ſubtilitate ſua:ꝛ ꝓfert cerebro ꝛ ſenſib.ꝛ confert pectori. Et idem de viribꝫ cordis ait.q̄ ꝓfortat cor Almanſor.tra.iii.ca.de ambra Ambra calida eſt Cerebrum quoq̄z atq̄ cor robuſta efficit

Capitulum.xxj

E Ambroſia alias ambria vagi nois ē ꝓpli.li.xxvij.Ambroſia circa alias herbas fluctuās.vnū fruticē denſum ramoſum tenuē.trīū fere palmaꝝ hz.tertia parte radice breuiore.folijs rute.circa imū caulem, ſemen eſt vuis dependentibus.odore vinoſo Qua de cauſa botris a quibuſdā vocat:ab alijs arthemiſia. Coronant illa capadoces.et vſus eius ad ea que diſcuti opꝫit yſiō.li.ethi. Ambroſia ē herba quā latini apiū ſiluaticum vocāt.De qua Virgili.ait.Ambroſieq̄z comedium virtute odorē aſpirauere.¶ Dyaſco. Ambroſia quā multi botrim vel arthemiſiaz dicunt frutex eſt multas habens virgas tribꝫ palmis longas.ꝛ ſolia initio minuta rute ſimilia.virge ſunt plene ſemine

F

Operationes

¶ Halienꝰ vi.ſim.far.ca.de ambroſia ſiue apium vim hz ſtiptica ꝛ repercutiētē.¶ Oñe corꝑis reuma ꝓhibet:cathaplaſmati adhibita. ¶ Ipſaq̄z cum vino bibita rotundos lumbricos excludit.Et ſuccus eius cum lana īpoſita mulieris fluxum extinguit.Eademq̄z turbores oculis iuncta prohibet.

A
B
L





Capitulum xxiij

Amomū. Dyas. ca. de amomo. Amomū genus ē adoratissime herbe cuius frutex est silis botruo: in circuitu cuiuslibet arboris nascēs. ramulos habet siccos ⁊ duros virgul' siles coloris subruffi. circa qs foliola iuncta ⁊ copiosa ex tirso butruosum semē rodēs ⁊ sibi cōnexū florē albū veluti viole folijs silibꝫ bryonie. Cuius triplex datꝫ spēs Est em̄ qđ appellatꝫ frumētū. ceteris melius aurosi coloris vel flaui: odoris boni. Aliud est quod appellatꝫ medicon ꝓmo inferius nascit in locis humectis: ⁊ ꝓterea forma maius atq; viride ⁊ lene tactu. saporē ozigani habēs. Tertiū vero qđ appellatꝫ ponticū. rursum est ⁊ nō lōgū: nec difficile frangibile: butruoso semine plenū. et odore ꝑcussibile. idest stipticū. Eligendū aūt ē recēs et albū. virgas purpureas habēs expansum ⁊ semie plenū. ¶ Plī. ca. de amomo. Amomū vocatꝫ eo ꝙ veluti odorē cinamomi iferat nascit in syria ⁊ armenia. frutex est botruosum semē reddēs sibi cōnexū. flore albo veluti viole figura folijs similibꝫ bryonie. odore etiā bono somnū inducat: Et est ca. ⁊ sic in iij ℊ. ¶ Gal'. vi. sym. far. ca. de amomo. Amomū hoc quidē videtur ꝑm virtutē assimulari acoro. nisi ꝙ siccꝫ plus est acorus: digestibilius vero amomum Et dixit Gal'. in ḡnta amphotissimoꝝ. ꝙ omia alia calida forti caliditate sunt silia. scz in hoc amomo. sicut sē cassia lignea. capsus. amomū cinamomū. ⁊ faciūt sodā. Et silr faciūt plures alie ex speciebus q̄ sunt subtiles ⁊ calide. Et q̄dam adulterāt amomū cū plāta q̄ dicit amomides. eo ꝙ similatꝫ amomo. nisi q̄a non habz odorē eiꝰ nec tale semē. et nascit in armenia. et flos eius est similis ozigani. Si vis nō decipi ab hac vel a silibꝫ caue a plāta q̄ ē nimis iuuenis. ⁊ elige illā cuius rami egrediunt ab vna radice. Virtus eius est calefactiua

Operationes

A ¶ Dyas. Amomuz est pstās somnū. tumores eñā catharplasmatibꝰ admixtū sedat. Miscet diuersis antitotis ⁊ miris et varijs odoribus
B grate miscet. ¶ Serap. Amomū inducit somnū. ⁊ sedat sodā q̄n emplastrū cū eo fit sup frontem. ⁊ maturat apata calida. ⁊ ꝓfert pūcture scorpionis: q̄n fit emplastꝝ cū co ⁊ ozimo ⁊ ponit super locū pūcture. ¶ Et idē auc. humaym filij Isaac. Amomū est res q̄ inebriat. et em̄ de ꝓprietate eius est ꝙ inebriat et facit dormire.
D ¶ Aui. Amomū maturat apata ca. Et eiꝰ decoctio bibit ad podagrā ⁊ sedet i ea. Et cōfert doloribꝫ matricis. ⁊ intrat in pessarijs matricis. ⁊ sedet in decoctione eius ad dolorē renū.
¶ Almansor tra. iij. ca. de amomo. Amomuz ca. ē ⁊ sic. qđ ad opilationē epatꝫ ex frigiditate ē ꝑficiens. dolorē aufert matricis. in capite ti grauedinē ⁊ dolorē atq; scothomiā generat.



Capitulum xxiij

Aheos. Serap. li. aggre. c. nachana id est ameos. auc. Dyas. q̄dā noīant ipm̄ pouū anthomation. id ē ciminū ethiopiū. Uerū natura cimini ethiopij est alia a natura ameos ⁊ est notū. Est nāq; semē fere sile cimina ethiopio. nisi q̄a est minꝰ eo multū ⁊ albiꝰ ⁊ duriꝰ. et in suo sapore est de silitudine saporis ozigani. Et illud qđ ē elegendū ex eo ē illō qđ ē recēs ⁊ mūdū. Et idē auc. gal'. Magis iuuatiuū qđ ē ex eo ē semē eius. ⁊ in sapore eiꝰ ē amaritudo pauca ⁊ acuitas. et virtus eiꝰ ē q̄ calefacit ⁊ siccat in tertio gradu.

Operationes

¶ Dyas. auc. abenmesuay dixit ꝙ puocat vri A
nā. ⁊ semē ē bonū se. antiq̄s. ¶ Et q̄n eius de- B
coctio ponit̄ super pūcturā scorpionis aufert dolorē. et ē bonū frigiditati stomachi et epatꝫ ⁊ aufert opilationē. ⁊ sedat nauseā. et desiccat humiditates stomachi. ¶ Et est bonū humidi E

tati q̄ ē in pectore. z mūdificat vias renū z vesi ce: et extrahit lapidē ex eis postq̄ fuerit factus



Capitulum xxiiij

AMidū vel amilū. z est succus frumē ti. z dr amilū ab a qđ est sine z melos grece. i. mola eo q̄ sine mola fit: vnde amidū siue amilū est medulla frumēti qđ īfun dit z tundit donec furfur suū dimitat. deinde cū aqua mittit in sportulā. z cū pssura colat. et cū in vno vase velut fex recederit aq̄ effusa in sole siccat post hoc leuiter stringat. ¶ Cassius felix ca. de amilo. Amidū tēperate caliditatis est z humidū qđ sic fit. Frumētū in aq̄ frigida ponat per diē z noctē z de die in diē aq̄ remo ueat quousq̄ frumētū videat putrefieri. deinde a qua remota optime teratur et cū ea dē aq̄ optime confectū per pānū exprimat. et soli expo nat vt exsiccet vsq̄ ad aque cōsumptionē. z fre quēter remoueat aqua frigida donec dealbet qđ residet desiccat z īdurat. ¶ Sera. li. aggre. ca. de ami. Amilū infrigiditat et desiccat plus q̄z frumentū. Et melius ex eo est illud qđ fit in estate. Et modus operatiōis eius ē vt accipias de frumēto: z ipm bene purges: z infundes in aq̄ dulci z laues ipm cū ea z post proīce aquā illā cū qua ipm lauisti z funde super ipm aquā aliā. z facies ita q̄nquies in die z si potes i nocte silr. z q̄n mollificat oportet q̄ eicias aquā eius cū facilitate sine agitatione aliq̄ne cū aq̄ egredietur aliq̄d de lacte. Et postq̄z hoc fecerz calca cū pedibz z proīce ipam aquā. z qđ supernatauerit super aquā ex furfure college cū caccia pforata. z abīce residuū. postq̄z vero purgatū fuerit a furfure z colatū pone sup lateres nouos z expone soli calido. z si remāserit in eo aliqua humiditas pone sup ignē. Et sapor eius est acetosus. z virtus eius est pauce caliditatis z ē cōpositū ex virtutibz cōtrarijs. Hā vna ē frigida ꝓpter acetositatē q̄ ē in eo et alia calida a caliditate eius q̄ est a farina. q̄ ē in eo a calore putrefaciēte. Est aūt optimū amilū recēs z candidū et leue sine vllo acere z inq̄noso odore.

Operationes

¶ Dyas. Amilū facit ad abstinendū reuma oculorū. alra vulnera oculis replet: aspredines oculoz tollit. ¶ Sanguinē reūcientibus bibitum singulare presidiū ē. ¶ Aspredines arterie rū defleuit. Jus collo lactis miscetur z pfluum ventris stringit valde. potest autē leuiter stringere ꝓpter qđ in collirijs lachrymas sirin gentibus miscetur. valet silr ꝫ apostemata spiritualium et tussim coctum in aqua ordei cum lacte amigdalarū additis penidijs. ¶ Serapio Amilū confert humoribus currētibus ad oculos z vlceribus que dicuntur fel seoles ¶ Et q̄ndo bibitur abscindit sanguinem qui venit a pectore. z lenit asperitatē gutturis ¶ Et q̄ndo miscetur cum lacte in aliuo cibo ꝑ idem facit



Capitulum.xxv

Amigdala grecū nomē est.latine nux longa dr.Junctis arboribꝫ porse flore ꝓuestit.z ad serēda poma arbusta: cetera ꝓuenit Ex his alie sunt dulces:alie amare.Sed agricole huic generi sic mederi ferunt Terebrant eius radicē et in medium inserunt surculum arboris q̄ pice dicit. quo facto succi amaritudo deponit.Hec ysidorus. ¶ Plini. li.q̄. Arbores quedā prime germinār.z iter nouissimas nudant.vt amigdali z fraxini z sambuci.ex his nempe que aquila hieme oriēte cōcipiūt.Primo oim amigdale florent mense ianuario.Pomū vero maturant mense martio Perditqꝫ facillime fructuz ante maturitatem amigdala.sicut et ficus et palma. Ex libro de natu.rerū.Amigdalus in locis calidis fructu abundat.Frigidioribus aūt locis arbor vetusta flore fecunditatē negat.

Operationes

A ¶ Pli.li.xxiij.Amigdale amare radix decocta cutē in facie corrigit z colorem bilariorē facit.

B Nuces ipse somnū faciūt et auiditatē ¶ Aui. Arbor amigdalarū amararū cū optime terit atqꝫ cū aceto et oleo rosaceo permiscet:z inde fit emplastrū fronti confert soda. Radix etiaz eius decocta et sup pannū linita.fortis est medicina. ¶ Constantinus in libro gra. Radix

L amigdale amare puluerisata: et cū aceto tēperata:fit bonū vnguentū cōtra lentigines z impetiginem.omnesqꝫ sordicies cutis.z maxime contra morfeam.Luz vino potui data russim curat.lapidem frangit.¶ Dyas.c.de amigda

D lis.Arbor amigdalaz dulciū ē debilioris operatiōis q̄z amaraz arboz. amare sunt subtiliatiue et prouocatiue vrine.¶ Sera.aucto.arthigenis dulces amigdale sunt calide z humide in primo gradu. Et idē aucto. Wesuay

E Quando comedunt cū corticem suo stringūt gingiuas.z sedat qđ accidit in ore ꝓpter suam pōticitatē.Et q̄n comedunt cū zuccaro suo descēdūt a stomacho.z q̄n sicce torrefiūt sunt cōuenientiores stomacho z augent spermasicut

F auellana z fistici.¶ Idem auc.albugerig.Būmi eaz administrat sicut gūmi arabicū et pruznaz.¶ Hal.vi.sim.far.de amigd.Dulces amigdale in eis ē amaritudo eaz occulta que non

B apparet sensui:qꝫ vicit in eis dulcedo.vez q̄n veterascunt apparet manifeste. Virtus earuz tēperata est cū caliditate.prevalet cū in ipsis abstersiua z subtiliatiua substātia.propt quā expurgat viscera.et pulmonem et toracem.ex

H puriones operantur būorum.¶ Rabbi moyses ca.de amigdalis. Dulces amigdale prouocant somnum temperatum.et coquinatum cum eis humectat ventrē. et sunt laudabiles. et saluant substantiam cerebri.



Capitulum.xxvj

Anacardus pediculus elephantis ab imperitis medicis dicit. qđ est falsuz sed est fructus cuiusdaz arboris que vocatur pediculus elephantis.¶ Auicēna libro sc̄o.Anacardus est fructus silis ossi dactili.z medulla eius ē silis medulle nucis dulcz in quo nō est nocumentū.Et cortex ipsius est rarus frangibilis:in cuius raritate est mel:vilcosum habens odorem. Et sunt hoies q̄ ipm masticant z non nocet eis.z proprie cum nuce calida est z sicca in quarto.

Operationes

¶ Auicenna.Eius mel est vlceratiuū apostematū z aduſtiuū sanguinis: et humoruz. Eradicat verrucas.et aufert albaras: et eradicat barulos.et sanat alopitiam flegmaticam.Cō mouet etiam calida apostemata in interioribꝫ ¶ Confert trigori neruorum.et eorum mollificationi:et paralisi et torture¶ Confert corruptioni memorie:cū eius confectio nota anacardinum limitur. Sed tamē cō mouet alienationem et melancoliam. ¶ Sufumigant


cum eo emorroides et ẽ siccantur. Est ẽ summa venenorum. et adducit humores et interficit. ¶ Et eius quidem triaca est lac vaccinum butiro inde extracto. Et oleũ nucis eius frangit virtutẽ. loco eius ponitur quintuplũ ponderis eius de badaham. et quarta ponderis ipsius de oleo balsami. et tertia põderis ipius de napta alba.



Capitulum. xxvij

Anetum est herba ortulana odorifera. Pla. Aneti semẽ principaliter cõuenit vsui medicine. radix secundario. herba vero tertio. ¶ Palla. Mense februario anetum seritur loc̃ frigidis. Omnẽ statũ celi patit̃ sed tepidiore locat̃. Rigandũ est si se abstineat imber: serendũ est rarius. aliqui semẽ eius nõ obruũt. Opinãtes ꝙ a nulla aue tangat̃. ¶ Serapion. li. aggre. ca. Uebet id est anetũ oĩbus notum est. virtus eius est que calefacit in fine tertij gradus. ⁊ desiccat in principio scõi. ¶ Galienus. vi. simpli. far. ẽm translationẽ grecam. Anetũ calefacit quidẽ adeo semp vt scõi gradus ipm intensi putanduz. vel iij. remissi. in sicvero. ij. gradus est inchoanter. vel ꝑm̃ intensi

¶ Merito ergo coctũ in oleo diaforeticũ ⁊ imoletiũ somniq; factiuũ ⁊ digestiuũ crudorũ. necnon indigestorũ humorũ existit: appropinquat vtiq; oleũ quod ex eo aperitiuis digestiuis farmacis dictis nili quia paulo calidius illis et subtiliũ paruũ est. Et ideo diaforeticum. vstũ vero tertij fit gradus calefactiuũ et siccũ. Et ideo mollibꝫ vulneribꝫ appositũ ꝑstat operam. et ꝑsertim eis que in pudendis. humidius aũt et minus calidus videre est ad hec. ⁊ euchimũ q̃si digestibilius est et somni factiuũ. ¶ Et idem Serapion auc. abenmesuay. Anetum est calidũ. Inducit somnũ. et oleũ eius est bonum ventositatibus. Et semen eius in polẽtis positum multiplicat lac quando accipitur solũ minuit sperma. et debilitat visuz. maxime nimius vsus eius. ¶ Paulus cap̃. de aneto. Decoctio eius valet stranguriosis ⁊ dissurijs data. et potissime syrupus factus ex decoctione eius et zuccaro. ¶ Plinius libro. xx. Anetum ructus mouet. et tormina sedat. alitũ sistit. Cinis eius vuam leuat. oculos. et genitura zebetat. ¶ Ad emorroidas accipe puluerem vrtice. et puluerẽ aneti. confice cum melle. et emorroidas iunge.




Capitulum. xxvij

Operationes

Ante florum vel flos vitis agrestis. Uel flos vicissi. Idē sunt Dyas. ca. Enanthum id est anteflorum. vel flos vitis agrestis q̄ cū ceperit florere. colligendi sūt flores ipi & desiccādi. & alio noīe vocāt vitē ista labrusta flores eius optime redolēt et siccant in vmbra: et intestare reponēdi sūt. et melius nascit i syria

Operationes

A ¶ Dyascorides. Uirtus est ei stiptica. vñ sibi bitū fuerit eustomaticū est et diureticū. ventrē stringit. sanguinem reiicientibus subuenit. & bibitū & impositū stomacho fetorē oris emūdat. digestionē stomachi celebrat. mixtū oleo & aceto dolorē capitis fomēto tollit. ¶ Succus viridis in catheplasmatibus adhibitus vulnera recētia sine tumore seruat. Egilopas i initio vulneribus oris et gingiuaz vtile est. ¶ Vulnera ad sanitatē perducit. melle addito & olco rosarū & croco & mirrha ¶ Pessarius necessarie adhibet fluxus matricis pessario facto stringit. reuma oculis suspēdit. ¶ Catheplasmatibus adhibitū stomachi egestionē soluit. et maxime cū polenta a vino mixtū et impositū. ¶ Lōbustuz vero in testa cū carbōibus collirius benemiscet. Panaricia oculorum et pterigea purgat melle addito reuma gingiuarū. & vulnera curat.



B L D E F

Capitulum. xxix.

Anisum. Platearius. Anisum quod alio nomine ciminū dulce dicit: semē est cuiusdā herbe simile nomīe appellate. Et est calidū & siccū in tercio gradu. Uirtutē habet dissoluēdi & cōsumēdi. ¶ Dyasco. ca. de aniso. Anisum ferentis est virtutis: scz calidū & siccū. & nature mictualis & scarotice id est incēsiue. ¶ Sera. libro aggre. cap. Aneisin auc. Dyascori. Aneisin qō deo est recens est bonū. habens grossa grana plena & non excoriatur quando fricat excoriationibus similibus furfuri. Et habet odorē bonū fortem. Et illud quod est ex insula Cretensi est melius. Et post illud est babylonicū. Yspanicū vero est deterius. Et quod ex planta eius est magis iuuatiuum est semen eius. ¶ Halienus. vi. simpli. farma. ca. de aniso. Sapor eius est acutus. amarus modicū. Et virtus eius est que calefacit & desiccat i tercio gradu. Propterea ergo & diureticū est. Uentositates autē que fm ventrem sistit ¶ Auicēna libro .ij. ca. de aniso. Anisum est semē feniculi romani acuitatis maioris q̄ nabati. Et ex eo melius est quod est ponderosum. & est calidum & siccum in tercio gradu.

Operationes.

A ¶ Dyascorides. Anisum qz mictualis est virtutis yctericis medetur. sitim tollit bibitū venenis occurrit. inflatiōes amputat. ventrem stringit. menstruis imperat. ¶ Lac mulieribus puocat & auget. bibitū ventrē stimulat. Fumigatiōe naribus adhibitū dolorē capitis tollit ¶ Aurū dolorem cum oleo rosarū adhibitū mitigat. ventositatē vētris tollit et dolorem. ¶ Optimū aūt est creticum. deinde egyptium Gallicū vero meritissimū. Paulus cap. de aniso. ¶ Contra liuorem eppercussione conterat ciminū & anisum. & incorporent cum cera et calidū super ponatur. ¶ Anisum similiter auget lac & sperma aperiendo meatus. & mūdat bumiditatem matricis. ¶ Almansor tractatu tercio capitulo de aniso. Anisum calidum est qō ventositatis dissolutiuum existens. epatis aperit opilationem cocundi preterea voluntatem stimulat. ¶ Serapion libro aggregatoz auctoritate. Dyascorides Uirtus eius est desiccatiua & calefactiua. Et expellit ventositates a corpore & sedat dolorem Et puocat vrinam & sudorē. & cōfert hydropisi. ¶ Et abscindit sitim q̄ fit ab humoribus salsis qñ sumit in potu. ¶ Et est conueniens venenis & inflationibus et stringit ventrem. et abscindit bumiditates

B L D E F G H J K


albas a matrice fluentes. ꝛ prouocat lac. ¶ Et excitat libidinem. et quando attrahitur odoratu fumigatio vaporis eius sedat sodaz ¶ Et quando teritur ꝛ miscetur cum oleo ro. distillatur in aurem. curat quod intra ipam accidit ex casu aut percussione. et sedat dolorem eius ¶ Et idem auc. bugeri. Aperit opilatiões epatis. splenis renum et matricis. Et mundificat vias que ab humoribus opitulantur. Et propter hoc confert febribus antiquis. ꝛ habet in se acuitatem ꝑpinquam adustioni. quare solvit ventositates: maxime cū ipsum assatur.

¶ Auicenna. Anisum est aperitiuū cum stipticitate parua. Et est sedatiuum dolorum. et resolutiuum ventositatū: et proprie sic assetur. et in ipso quidem est acuitas qua medicinis adurentibus fit vicinum.

Secūda est que folia et hastas similes camepithi habet. sed asperiora et minora. Rore ꝑpureū et odore grauē: radix cicorec similis


Operationes

¶ Halienus sexto simpliciū farmacorum cap. Antillis. Duplex quidem est. ambe tamen mediocriter siccant. vt et vlcera solidēt. Altera vero que camepitheos assimulat. plus vtiq; ꝙ alia subtilium partium est: vt epilenticis conferat. hec autem et absterſiuior ꝙ altera est ¶ Almansor tractatu tertio capl'. vsnen. id est. antillis calida est et sicca que purgat et aperit epilationē. carnemq; corrodit superfluam. vniuersaliter autem omniū ista rum berbarū bonum habentiū odorem ꝙ plures calide sunt. nisi ille ex quibus sentitur illud quod diximus scilicet frigiditas manifesta: sicut sentitur in aqua rosata et camphora atq; sandalis.



Capitulum xxx

Antilis est herba de qua fit sal a ꝯkoli Dyascorides. Duo sunt eius genera. Unum habet folia lenticulis similia. Alia habet folia similia camepithi. Prima habet hastam altam duobus palmis erectaz cuz foliis mollibus. Radix est illi minor et tenuis Nascitur locis herbosis et solaris gustu salsa



Capitulum. xxxj

Anthos vel Rosmarinus qđ idem est: ¶ Sera. li. aggre. ca. laieralmarien id est anthos inquit. Est arbor maris. et est alpinal fac et ꝓcola. Et dicit auctor Dyas. Species rosmarini sunt tres. Una earum habet semen quod nominatur sachi. Et habet folia similia foliis maratri. nisi quia sunt la-

tiora parum grossiora. et extenditur super terram circulariter. habens bonū odorem et longitudo stipitis eius est vnius brachij et plus. et habet multos ramulos super q̄rū summitates sunt capitella in quibus est semen album simile semini plante que dicit spondilion mundum angulosum. acuti saporis. in cuius odore est simile odori resine pini. et q̄ndo masticatur mordicat linguā. Radix vero eius ē alba mitis cuius odor est sicut odor thuris. Et est species alia supradicte. nisi quia semen eius est latum nigrū simile plante spondilion. habens odorē bonū sed mordicat linguā. et habet radicē exterius nigram. interius vero album. Est species alia similis supradicte. nisi quia ipsa nō habet stipitem nec semen nec florem. et nascit libanotis locis petrosis et agrestib9. ¶ Ysi: Rosmarinum latini ab effectu herbā salutarē vocant. folia habet teniculi similia atq; aspera. et rotatim terra prostrata. ¶ Pla. Rosmarin9 ē herba calida et sicca: cuius folia et flores competunt vsui medicine. flos autem anthos dicitur vnde fit electuariū qđ dicit dyanthos. In locis marinis crescit vnde et nominat. habet virtutē cōfortandi ex aromaticitate: dissoluēdi ex caliditate. extergendi et mūdificandi: et cōsumēdi ex siccitate et virtutē diaforeticam ex calore aperiente. Cūq; calida et sicca esse dicat in excessibus ab auctoribus nō determinat. herba ipa libanotides vel dentrolibanū dicit quidā tamen dicūt q; sit frutex. alij vero q; herba sit. Cum inuenitur in medicinis receptio anthos vel rosmarini. debent poni flores folia vel libanotidis vel dentrolibani. Flores ad solem desiccati. per annum seruantur in efficacia multa. Similiter et folia.

Operationes

A ¶ Contra sincopim et cardiacā passionē dat dianthos cū vino ossis de corde cerui. Vel decoctio fit in vino vel aqua rosarū. ipmq; vinum datur patiēti. ¶ Cōtra frigiditatē aut debilitatē cerebri rosmarini decoctio i vino sit. et patiēs discooperto capite fumū recipit. ¶ Contra vue humiditatē acetum vel vinū decoctionis eius gargarisat. ¶ Contra stomachi frigiditatē et ad digestionem confortandā dyanthos vel vinū decoctionis eius. et masticis nascitur. ¶ Contra stomachi dolorē et intestinorum ex ventositate. vinum decoctionis eius. ac cimini ponatur. ¶ Ex sinonomis notandū q; hoc nomē anthos apud grecos pro quolibet flore sumitur. sed apud nos proprie rosmarinū vel libanotidis anthos dicitur.



Capitulum.xxxij

Ancusa est herba cuius radix digitos inficit contrita. Sanguinei quoq; coloris est. vnde etiam pictoribus ad purpurā effigiendam vel efficiendam in vsu ē. Ex herbario ancusa duplex est. Unam quam asfabaram vocāt. alia que maxime medicine apta est. hec i terra pressa. spinosis foliis sine caule nascitur. et mense februario legitur.

¶ Dyascorides. Ancuse duo sūt genera Una siquidem habet folia lactuce similia. sed acuta et aspera et integra et spinosa. Radix est ei grossitudinem habens digiti. coloris sanguinei. in eli ate digitos insiciēs. Hascitur in locis cultis habens in Egypto folia super terram sparsa. virtutis redargentis est. radix medetur combustionibus:

Operationes

¶ Dyascorides. Cera et olco additis vulnerarenum optime curat. ¶ Ignem sacrū cum polenta extinguit. maculas corporis et lepras cū aceto imposita emundat. ¶ Suppositā menstruis imperat. abortum facit. ¶ Eius elixatura rectemulierum sterilis adhibet. Et fricticis aut splenecticis opitulat. et cum vino febrientibus ¶ Eius quoq; folia ventrem stringūt cū vino bibita. Ipius herbe decoctio membrum arcuatum sanat. Radix eius in oleo decocta et cera facit ad combustionem.

A B L D E F

A B L D E F

Capitulum xxxiij.




Apium. ysidorus in libro etimologiarum. Apium dicitur eo q aper id est caput antiquoruz eo coronabat. Hāc herbam hercules primus capite circumtulit.
¶ Auicenna Apium aliud montanū aliud silueſtre aliud domeſticū. et aliud quod oritur in aqua domeſticominus. cuius est sicut domeſticiq virtus. Est z alia species ciꝰ que nominat sumurion minus domestico Crus habens cōcauū ad albedinem decliue. fortius est romanū montanū. Est autem in primo calidum in secundo siccum. ¶ Pandecta capitulo quinquagesimo. ¶ Apiū plures sunt spēs Nam est apium domeſticum vel ortiuum. Et est apium ramnum siue apium risus. Et est apium emoroidarum. Et est apium quod dicitur cereſoliū. Et est apium campeſtre. Et est apium hyspanū. Et est apium persicū. Et est apiū agreſte. Et est apium montanū. Et est apium aquaticum. Et est apium rusticū. Et est apiuz quod
A dicitur regalia. Apium domeſticum omnibus
B notum: qđ Dyaſcorides vocat ortiuum quod
C calidum est in principio tertij gradus. siccum in medio eiusdem cuius semen maioris est efficacie. secundario radix. tertio herba. Cū autez in medicina recepio apij simpliciter inuenitur semen apponendum est. quod a multis seliniz appellatur. licet tot a herba sic vocatur.
¶ Palladius. Et apij genere est yposelinon durius. aut austerius. et oleoselinō molli folio et caule tenero. quod nascitur in lacunis Et petroselinon quod maxime in locis asperis. hec omnia genera possunt habere diligentes in orti cultura. ¶ Constantinus. Est autem apij genus quod vulgus cereſoliuz vocat de quo scilicet dicitur inferius.

Operationes

¶ Apium domeſticū puocat vrinā z mēstrua et resoluit ventoſitates. et propie semen eius. A
¶ Succus eius in quo saxofragia decocta fuerit stranguriosis et disuriosis subuenit. Vl saxifraga. grana solis. filipendula et lapis licis coquātur in succo apij. et in colatura addito zuccaro fiat sirupus. qui mane detur cum calida. B
¶ Succus apij agreſtis vel acetum et oleum violarum vel rosarum misceantur. et buliāt in vase vitreo ad ignem. Et cum tali olen calido caput patentis inungatur. valet contra litargiam et frenesim. prius capite raso. C
¶ Succus decoctiōis apij et tamariſci spleniſ et epatis opilationem soluit et duritiem sz propie splenis. D
¶ Aliud Sumatur decoctio radicis apij feniculi petroſilini. fiat syrupus cōtra yctericiaz ex succo apij et scariolarū. z detur cū calida E
¶ Contra hydropisim radix apij z feniculi buliat in succo fumi terre. et in aqua decoctionis addito zuccaro. fiat syrupus. miromodo consumit flegma. F
¶ Fiant etiam illi leuco flegmaticis et yposarticā laborantibus. Recipe succi apij lib. i. succi scariolarū lb. f. masticis z. i. facta decoctione coletur. posmodū addito zuccaro fiat syrupus in fine decoctionis addatur pulueris eiusdem z. ij. z pulueris reobarbari z. f. mane cum calida exhibeat contra amphimerinam pcedat purgatio. deinde coquatur agaricus cum succo apij in pomo coloquinide. vel in malo terre vacuato seu cauato. et decoctio talis detur quotidie patienti. G
¶ Nota q apium nocet pregnantibus: qz virture sua disoluit retinacula fetus H

Capitulum xxxiiij



Apium siluestre. ¶ Galienus octauo simplicium farmacorum capitulo apium siluestre alij selinum vel equinum. alij vero alexandrinū nominat. ex eodem genere est. Et hoc cum selino z petroselino macedonico. et erit quidam selino fortius. petroselino vero debilius. menstruorū vtiq; ductiuum est et vrinatiuum.

Operationes

A ¶ Apiū siluestre virtutē habet in semine eius.

B ¶ Auicenna. Apium siluestre est vlceratiuuz impediens et magis calefactis conueniens

L ¶ Apium siluestre in emplastro vlcerat z confert scabiei et empetigini. ac vulneribꝰ vsqz ad sigillationem

D ¶ Est autem malum epilentie exsiccans eam. Pisces quoqz si egrotant in piscinis apio siluestri viridi recreantur.

E ¶ Contra opilationem splenis et epatis valet semen apij siluestris sumptum cum vino.



Capitulum xxxv.

Apium rusticum est Apium quod dicitur regalia. et est herba cuius succus ingreditur in quadaz confectione ad scabiosa vlcera in antidotario virili

Operationes

¶ Succus eius radicis cū aceto fricatus valet contra scabiem et vlcerationem. A

¶ Galienus sexto simplicium farmacorū capitulo de ambrosia siue apiuz rusticū habet vim stipticantem siue repercutientem. B

¶ Oculis valet illitum cum melle ita vt subin defoueantur.

¶ Opilationem epatis solvit D

¶ Et est resolutiuū inflationis aperitiuū opilationis et sedatiuum dolorum. E

Capitulum. xxxvj



Apium emorroidarum. ¶ Galienus sexto simplicium farmacorum capitulo botrachion inquit. Apium emorroidarum est cum solus guttaticis guttis quasi sanguinis melancolici. calide et sicce est vehementer radix. et similiter tota herba.

Operationes

A ¶ Apium emorroidarum in vino coctum cathaplasmetur naribus. emorroidas inflatas. et flegmaticas excitat.

B ¶ Cauendum tamen est ne eis fluentibus hoc fiat si sine fluxu cum tumore z dolore z extensione illarum venarum fuerit: dolor mitigatur et tumorem siccat. Et hoc apium emorroidarus dicitur.

C ¶ Item scabies et lepras excoriat et vngues leprosos.

Capitulum xxxvij



Appios id est camebalanos. Et secundū quosdam dicitur raffanus agrestis Et dico ꝫm quosdaz. quoniam ꝫm veritatem raffanus agrestis est ille qui describit infra in capitulo Raffanus agrestis. ¶ Dyascorides capitulo appios. Appios bastas habet duas vel tres viscosas et teneras et rufas Folia sunt ei rute similia oblonga et viridia et parua. semen paruum cuius radix est affodillo similis: sed obrotūda similis pile lachrymo plena. deforis nigra intus alba. Radices eius duo sunt super terram.


Operationes

¶ Radices accepte vomitum faciunt. colerā et flegmā excludunt. radices eius de subtus id faciunt. Omnis vero causa z accepta oīa similiter facere nouit. A

¶ Lachrymū eius sic colliges Incide radices et in aquam mitte quod supernatauerit ꝯ pēna collige sicca et repone. B

¶ Dyascorides. Si obulorum semi triuz modū datum potui per ventrem purgationem facit. Herbe autem ipsius superiora vomitū faciunt et inferiora ventrem purgant. C

Capitulum. xxxviij



Aprostilla. Pli. ca. Aprostilla est herba yncos duos siue tres spargit in terra rubentes. folia habet rute similia. radices vt cepe sed ampliores quã quidã raffanus agrestẽ vel siluestrẽ vocãt. intus habet medullã candidã. extra cortices nigros. nascit in mõtibus et asperis aliquãdo et vmbrosis locis.

Operationes

¶ Plinius. Aprostilla purgat inferius et superius
¶ Excitat libidinem in viris et mulieribus.
¶ Et propter hanc causam prohibetur nutriciby



Capitulum. xxxix

Arthemisia. ysidorus. Arthemisia est herba dyane agẽtiby cõsecrata. vnde et nũcupata. Dyana siquidem grece artemis dr. ¶ Pli. lib. xxv. Arthemisia q̃ antea artheris vocabat ab arthemide cognominatam. sicut quidã putant. Et tiã dicit arthemisia qm̃ sic vocabat vxor regis mausolei qui voluit eam sic vocari que antea (vt inquit Plinius) artheris vocabatur. et sunt qui ab arthemide arthemisiã cognominatã putãt. qm̃ priuatim medicat feminarũ malis. ¶ Dyascorides. Arthemisie tria sunt genera. Unũ est qd̃ vocatur arthemisia monodos. id est mater herbarũ q̃ est fructicosa et similis absinthio folia maiora et pinguiora habẽs. et hastas longas. nascunt in maritimis locis et lapidosis. Florescit autez estatis tempore. floribus albis paruulis graue olentibus amaris. Altera arthemisia tagetes nominat. que tenera est. semen habens minutũ et vnam hastam solũs plenam. Nascit in locis mediterrancis et altioribus florẽ mellinũ atq; tenuem et iocundiorẽ cõparatione prioris ferens. hec a grecis vocatur tagetes vel tanacetum. Et nos in lingua latina vocamus eam thanasiam. vel fm quosdam athanasiã. Et est tertia arthemisia q̃ lepta fillos dicit. nascit circa fossas et agros. Floseulũ eius si contrueris samsuci odorem habet. et ipsa amara. Has species arthemisie dyanã dicũt inuenisse et virtutes eaz et medicamina chironi centhauro tradidisse. Hec herba ex nomie dyane que artbemis dicit. accepit nomẽ arthemisia que calefacit et siccat ¶ Halienus vi. sim. far. cap. de arthemisia. Arthemisia duplex quidẽ est herba. ambe tamen calefaciũt mediocriter et siccãt. et ponat in calefactiõe quidẽ secũde in siccando vero prime intẽse vel secũde incipiẽtes sunt q̃z mediocriter subtilium partium

Operationes

¶ Dyascorides: Arthemisia virtutem habet acerrimã. purgatiuam attenuantem calidam leptinticam. ¶ Elixatura eius causas mulieris mitigat. menstruis imperat. secundinas excludit. mortuos infantes in vtero deponit. cõstrictiones matricis resoluit. oñes tumores spargit. accepta calculos frangit vrinam puocat. herba ipsa tũsa et in vmbilico posita mẽstruis imperat. ¶ Succus eius mirre mixtus et matrici suppositus omnia similiter facere nouit
¶ Coma eius sicca bibita z. iij. stericas causas componit. ¶ Si quis iter faciens eum secum portauerit non sentiet itineris laborem. ¶ Ju

gat etiaz demonia in domo posita. Prohibet etiã maledicamẽta ꝛ auertit oculos malozum

H ¶ Item ipsa tunsa cum axungia ꝛ superposita pedũ dolozem extinere tollit. In puluere redacta. et cum aqua vel mulsa potui data intestinozũ dolorẽ tollit.

B ¶ Artemisia que tagetes vocatur facit ad vesice dolozem et stranguriã succo dato ex vino vncias duas.

I ¶ Febricitãti ex aqua ea ciatz duas potui dat

K ¶ Succus tunsa cuz axungia et accto cozaz dolozi medicatur ligata vsqz in tertiũ diem

L ¶ Ut infantẽ hilarem facies incende et suffumigabis. et omnes incursiones malozum auertet et hilarizorem faciet infantẽ. neruozum dolozem et tumozem trita cuz olco bene subacta mirifice sanat

M ¶ Dolore pedum graviter vexatis radicẽ eius da cum melle manducare et ita sanabit vt vix credi posset eã tantã virtutẽ habere.

N ¶ Succo eius cũ olco rosaz febriẽs peruncto curatur ea. Hanc herbam si confricaueris lasaris odozem habet.

O ¶ Halienus. Ambe species artemisie conueniũt lapidibus in renibus existentibus ꝛ ad calefactiones et extractiones secundarum.



Capitulum. xl.

ARistologia rotunda. ¶ Ysidozus Aristologia dicitur eo qz mulieribus fetis optimasse cõprobetur. Nam post partum supersessa. matricem beneficio vaporis expurgat. Huius genera sunt duo. Una dicitur rotunda. eo qz habet radicem rotundã. Altera vero longam habet. cum ramis et foliis lõgioribus. Quinetiam dactilinam vocant eo qz radice sit roboze digitali et longa. ¶ Plini. libro vicesimo quinto. Aristologie nomen inter nobilissimas herbas grauide dedisse vidẽtur quoniã esset aristate recusses. Nostri materre vocant. Et quatuoz eius genera seruant. vnuz tuberibus radicum rotundis foliis inter malluam et hederam nigrioribus ac molliozibus. Alterum masculla radice. quatuoz digitozum longitudine baculi cassitudine. Tertium vero longissime tenuitatis vitis nouelle cui sit precipua vis omnes colore buxeo caulibus pariuis floze purpurco. ¶ Platearius. Aristologia vtraqz calida in primo gradu. et sicca in secũdo. Rotunda magz competit medicine. ꝛ radix magis qz folia. Radix colligit in hyeme ante productionem florum. Habet autem virtutem dissoluendi consumendi et expellẽdi venenum. possunt autem per biennium seruari

¶ Serapion libro aggregatoz capitulo acanug. id est aristologia. Eius sunt due species: masculus et femina. Et longa est masculus: et rotunda femina. Rotunda vero duas habet species. Una habet folia similia scissos quasi rotunda odozifera mollia et lenia: et habet ramulos e blongos egredietes ab vna radice et florẽ habens album interius rubeũ fetidi odoris et nullius vtilitatis. et habet radicem rotũdam similem rape. sed longa habet folia longioza qz rotunda. et virgas subtiles longas circiter palmi mensuram. Flos eius est colorz purpurei et odozis fetidi: qui est in sua operatione similis flore herbe. que dicitur actu. Et habet radices in longitudine vnius palmi et plus: et in grossitudine digiti: et qd est inter radices: ẽ simile ligno busti: et odoz eius est pinguis. Et est aristologia longa. Est et alia species rotunde q virgas subtiles habet super quas sũt multa folia rotunda silia foliis semp viue minoris et flos eius est similis flozi rute. et radix eius ẽ longa subtilis. super quam est cortex grossus boni odozis qua apotecarij vtuntur in cõfectionib vnguentozũ et electuariozum.

¶ Auerrois libro colliget. capitulo d aristolo

gia. Ambe species eius calide sunt ⁊ sicce in secundo gradu.

Operationes.

A ¶ Aristologia rotunda valet cōtra asma humida due partes pulueris aristologie. et dimidia gentiane cōficiantur cum melle. et tale electuarium detur.

B ¶ Contra epilentiam aristologie rotunde et sorbij. castorei sulphuris viui. fiat decoctiō in oleo petrolco vel mustellino vel saltem cōmuni. et inungatur spina a collo inferius.

L ¶ Ipse etiam puluis confectus in aceto scabiem et saniem curat.

D ¶ Contra venenum ⁊ morsum venenatorum animalium detur puluis eius cum succo mente vel vino.

E ¶ Puluis eius mortuam carnem corrodit siue sit in vulnere siue i fistula. formetur licinius fm profunditatem eius et melle inunctū aspergatur puluere aristologie et immittatur.

F ¶ Ad expellendū fetū siue viuū siue mortuum coquatur radix in vino ⁊ oleo ⁊ fiat fomentū.

B ¶ Dyascorides. Morsibꝫ venenatis aut potionibus venenatis cū vino aristologie. ro. ʒ. i. data medetur. et impositā id etiam prestat.

H ¶ Secundinas deponit. Abortum facit bibita cū pipere ⁊ myrrha pessario adhibita. Similē effectū habet longa sicut rotunda.

I ¶ Sed rotunda plus asmaticis cōfert ⁊ subglutionibꝫ et frigoribus ⁊ pleureticis cū aqua bibita singulariter medetur.

K ¶ Insita corpori euocat vulneribus sordicie ⁊ putredinem tollit. alta vulnera replet.

L ¶ Mellis et yris illirice mixta gingiuas ⁊ dētes a putredine purgat.

M ¶ Dyascorides. Virtus est omnibus speciebꝫ eius calida et feruens. faciunt deniq; ad putredines. et purgamenta ossium despuenda. Et ad frigidas febres. et solitā in seminis purgationem prouocat. potui data. ʒ. i. vel catha plasmatibus imposita.

N ¶ Ad vsum tamē medicine aptior est ro. gustu amara. hec enim in emplastris missa caua vulnera replet.

O ¶ Facit et ad viperatum morsum. Et ad alia venena extrinsecus posita ⁊ dolorem de ventositate pingui ⁊ indigesta curatꝫ adiuuat.

P ¶ Etiaꝫ asmaticos cum aqua bibita. Ad reuma et spasmata super omne medicamen vtilis est.

Q ¶ Frigore etustos in oleo vel axungia porcina cocta calefacit.

¶ Salie.viij.sim.far.ca.de testiculo canis ſm translationē arabicā. Radix eiꝰ ē dulcis.z virtus eius ē ca.z hu.niſi qz in humiditate eius ē inflatio ſuperflua:z incitat libidinem. A

¶ Ibidē ſm trāſlationē grecā. Satirion vel trifoliū humide ē z calide cōplexiōis: q circa et guſtātibꝰ ipm videt dulce z vētoſā humiditatē poſſidere.z ꝓpterea puocat ad venerea. Hoc ām et radix hꝰ herbe efficere nata ē: vt quidam ſcribunt etiam epiſtotonū ſanat cum vino nigro auſtero bibitum. B

¶ Et idē ſm trāſlationez arabicā de teſticulo canis. Radix eius eſt duplex ſilis radici bulbi Una plena.et ſapor illius radicis q ē plena: eſt dulcis multe humiditatis z ſuperfluitatis inflatiue. que qñ bibit incitat libidinez. Et alia mollior ſiue vacua q hz cōplexionē q declinat ad caliditatez z ſiccitatē. Et eſt in ea humiditas digeſta digeſtione cōpleta. z ideo cōtingit qz cuz hoc qz nō incitat coitū facit cōtrariū z abſcindit eum. z iſte ambe radices comedunt aſſate ſicut comeditur radix bulbi C

¶ Dyaſco.ca.orchis ſm translationē noſtraz Orchis.i.ſatirion dicit de radice eius qz ſi vir comedit partem maiorez eius generat maſculos z ſi minorem comedit: generat feminam.et qz mulieres partium italie dant tricam cum lacte capraz ad incitandū libidinem. et quelibet ipſarum habet operationē cōtrariā alteriꝰ qñ bibitur. naſcitur in locis petroſis z arenoſis D

¶ Et idem auctoritate Archiſalie. alia eſt ſpecies quā nominant quidam ſandachias propter ſuum ornamentum magnum. z eſt herba habens folia ſimilia folijs porrorum. niſi quia ſunt latiora et eſt humiditas in ea que adhereret manui: habens haſtam longam circa longitudinem vnius palmi. et habet florem purpureum et radicem ſimilem teſticulis E

¶ Salie.viij.ſim.farma.ca.orchis quam et ſerapicidam vocant ſm translationē grecā. in ſaporeſtius ſpeciei ſuple vltime dicte auctoritate Archiſalie z ſtipticitas. et virtus eius eſt ſiccior virtute radicis que dicta eſt ꝓius: et ꝓpter hoc nō ita confert in coitu ſicut predicta. z deſiccatur z eſt adhuc ſiccior. Virtus etiam eiꝰ eſt que reſoluit apoſtemata inflata quādo ponitur ſuper ea. et mundificat epituras ſordidas. F

¶ Et curat berisipilam. et quando eſt ſicca curat apoſtemata fraudulenta putrida. et quia i ipſa eſt ſtipticitas. retinet ventrem quando bibitur. G

¶ Dyaſcorides. Quando de iſta ſpecie ſit emplaſtrum ipſis teſticulis reſolvit apoſtemata flegmatica eorum: et mundifi H

tis.z folia eiꝰ ſunt ſilia folijs oliue: niſi qz ſunt ſubtiliora eis et longiora ſup terrā extēſa. et longitudo eius ē fere in longitudine vniꝰ palmi. z florem hz coloris purpurei. radix eius ē ſilis radici bulbi. niſi qz eſt tēdēs ad longitudinē z ſubtilitatem. Et eſt duplex: ſicut ſunt due olive in figura. Una inferius et alia ſuperius. et vna plena et alia vacua rugoſa. et comeditur radix eius elixata ſicut bulbus. et iſte dicitur ſatirion quoꝰ oēs cōmuniter vtuntur: et ſubdit. Secundū ꝓpꝰ genꝰ ſatiriōis hz duas ſpēs Una ē que vocat arabice chaſialhabel ſive chaſialthalep. id eſt teſticulus vulpis z vocat ſimiliter catharich et nominat hoc in greco trifolium. qz plurimū quod de eo naſcitur eſt habens tria folia declinantia verſus terrā. et ſimilantur folijs acetoſe maioris. aut folij lilij: niſi quia ſunt minora eis. et in teſticulo ſuo eſt rubedo declinans rubedini ſanguinis: et habet ſtipitem ſubtilem longitudine vnius brachij. et habet florem ſimilem floribus lilij albi in figura. et radix eius aſſimilatur cepe bulbi in figura. et eſt in magnitudine mali exterius rubei coloris: interius albi ſicut ouum. et quod de ipſa adminiſtratur ē radix.

Operationes.

cat vlcera et formicã. ꝛ aperit emorrodias. Et qñ fit emplastꝝ cũ ea sedat apostemata calida. et si administrat sicca pbibet dilationẽ vlceruz et abscindit putredinẽ eoꝝ: et curat vlcera fraudulenta que sunt in ore. ¶ Sed sciendu ꝙ satirion est ca. ꝛ humida in pmo. Sz ẽ alia species satirionis q̃ vocat herba basilica grece. arabice digiti citrini vel buzeiden. latine vero palma cristi. cuiꝰ folia sunt similia prime speciei satirionis: sed graciliora cũ nigris punctis. radix eius brance manus vel palme manus habet similitudinem floris croci. cum vino vel aq̃ tritum croceanum efficitur.

¶ Oribasius ca. de palma cristi Venenis resistit. quã q̃ biberit: a maleficijs ꝛ venenis securus erit. ¶ Aui. li. ij. c. digiti citrini. eiꝰ figura est sicut vola manus cõmixta ex citrinitate ꝛ albedine: ꝛ est dura in q̃ est paꝝ dulcedinis. ꝛ ex ea est citrina cũ parua alteratione atq̃ albedine. est calida ꝛ sicca in scõo. resoluit superfluitates grossas valde. ¶ Et est ei ꝓprietas valde mundificandi cutim. et confert mẽbris neruoꝝ ꝛ impedimentis suis. ꝛ confert manie ꝓprie. et loco eius in unguamento manie ponit quantum est medietas eius ex bederagi en cum dua bꝰ tertijs de sep.



Capitulum. cccxiiij.

Saturegia latine. Grece Tymbra. arabice Sabãc. Sera. li. ag. capit. Sabanc. auctor. Dyasco. Sabanc siue sabater est planta omnibus nota. nascit in locis saxosis et asperis. ꝛ est similis thymo. nisi quia folia eius sunt maiora ꝛ molliora. ꝛ habet spicam plenam floribꝰ. quorũ color vergit ad citrinitatem ꝛ viriditatẽ. Et virtus eius est sicut virtus thimi. ꝛ administrat sicut thimus. ꝛ est cali. ꝛ sic. in. iij. gradu. ꝛ ponitur in cibis. Et quedam ex eis sumit in hortis: ꝛ est debilioris operationis q̃ alia. ꝛ ipsa est magis cõueniẽs in cibis q̃ acuitas eius est magis remissa.

Operationes

¶ Serapiõ. Virtus timbre est calefactiua multum ꝛ desiccatiua ꝛ resolutiua: et ꝓuocat vrinã et menstrua. et expellit fetuz. et facit excreare superfluitates a pectore. A

¶ Et idem auctor. Aben mesuay. Saturegia est cali. ꝛ sic. in tertio gradu: ꝛ magis agrestis. ꝓprietas eiꝰ est q̃ expellit superfluitates q̃ sunt in stomacho. ꝛ prouocat mẽstrua. ꝛ acuit visũ debilitatũ ab humiditate. et ideo comeditur in hoc casu cum rafano ꝛ bederaos. ꝛ cõfert dolori sciatice quando fit emplastrum cum ea cum frumento trito. ꝛ agrestis fortior ẽ domestica. B

¶ Isidorus li. ethymo. Saturegia ẽ herba calida ꝛ ꝓprie ignita. vnde ꝛ illi nomen inditũ credunt: eo ꝙ venerẽ ꝓnos faciat C

¶ Palladius libro tertio. In februario mense saturegia seritur solo pingui vel stercorato et apico. vel melius mari proximo ꝛ epulis mixta seminatur D

¶ Dyas. Satura vel saturegia calefacit et nimis desiccat: et manifeste extenuat. ideoq̃ vrinam et menstrua mouet: ac fetus extrahit. potui data viscera purgat. A rorace atq̃ pulmone humorem purgat: ꝛ pectus sputa pellit. E

¶ Stomacbuz quoq̃ nauseantem cõfirmat in ouo sumpta vel potata. et contra ea que ictibus aculeatis sentiunt animalia. F

¶ Pla. Saturegia est ca. et sic. et pultes ex farina et aqua et eius puluere mundificant spiritualia. Puluis eiusdem comestus ad idem valet. G

¶ Macer. Timbra solet grece vici. saturegia latine. Illa sicca nimis. vis est et feruida valde prouocat vrinam: mouet quoq̃ menstrua sumpta. Pellit abortinum: mulicbria viscera purgat Illius puluis cum cocto melle subactꝰ. ꝛ H

Capitulum. cccxv.





Saponaria. Pandecta capi. cxij. Borich vel ozatis grece. arabice agisdo latine saponaria vel herba fullonum. est saponaria de qua parũculos faciũt: quos herbaticos vocãt. z siccãt eos: z p sapone vtũtur. Hieremias. Si laueris te nitro z multiplicaueris tibi herbã borich: maculata es iniquitate tua. Pli. capi. de borich. Borich est herba satis nota que satis ꝓgruit ad abstergendum pãnos. z ideo ipa multũ fullones vtunt.

Operationes

A ¶ Plini. Ex foliis eius factum cathaplasma vulnera magna glutinat: et cruorẽ illozũ siltit: et reprimit tumozes. que trita cũ melle purgat vulnera sozdida: et mundat maculas.

B ¶ Et mixta cum albumine oui subuenit igni sacro.

Capitulum. cccxcvj.

Saphatum. Auicen. Saphatũ est arboz arabica et armena. Et est vnũ de lacticinijs. Calida est in tertio gradu. et eius siccitas in quarto et in ipsa est sliptici/tas temperata. Sentiꝫ dicta est a situ: eo qꝫ ẽ terra inculta in qua sentites spineqꝫ nascunt. Maiozes autẽ nostri omnẽ arbozem spinosaꝫ dicebant vepremeo qꝫ prendeat. Hiero. super Esaiã. Setha est genus arboris nascentis in heremo. spine albe similitudinẽ habẽs. Cuius lignũ imputribile et leuissimũ omniũ lignoꝝ tam in soztitudine qꝫ in nitoze. soliditatẽ z pulchritudinẽ superat. Unde oia ligna archẽ z tabernaculi facta sunt instrumento. Haymo ibidẽ. Ex hac arboze terra in qua nascitur dicta est sethim. vnde dicunt ligna sethim. Ex li. de naturis rerũ. Sethim est arboz orientis nobilissima albe silis spine. sed multo maioz et altioz crescit. Lignũ eius albũz leue nõ facile cedens igni nec vnq̃ humoze aliquo vel antiq̃tate corruptibile. quod adhuc patet in archa noe: que est super montes armenie.

Operationes

¶ Auí. Saphatũ sliptice itatẽ habet tẽperataz A et confert empetigini linito. ¶ Sup alcola q̃ B qꝫ melle linitur et remouet. ventrẽ soluit. z debilitat viscera. et ẽ quedã species eius intersiciens sedentẽ in cis vmbza ¶ Cauendum ergo ab ea. Nam et lactis eius tres species. et interficit E in duabus eparet pulmonẽ frangendo.

¶ Notandum qꝫ in isto capitulo habet tres plãtas de quibꝫ audiuisti: scilicet saphatum sentiꝫ D et seta: vt apparet in figura.

Capitulum. cccxcvij.



ſ Labiosa latine.gre.ſtibes ſiue ſtibeos

Operationes

A ¶Dyaſ.ca.ſtibes herba ẽ cuius semẽ ſtiptice ẽ ꝯtut; ⁊ siccatiue satis.⁊ idcirco eius decoctio diſſintericis iniũcit ⁊ de auribꝫ pus emanãs sanat inſtillata:⁊ in magnis vulneribꝫ et cruẽtis glutinatoria ẽ vtilius id agẽs ſicũ vino nigro ⁊ austero et ſtiptico coquat.deſiccat cm̃ fortit
B oia q̃ ꝫ naturã sũt hũida. ¶Folia aũt eiꝫ viridia trita et cathaplasmatibꝫ apposita in anoemorroidas repmũt.⁊ ex pauſſiõe in oculꝫ ſinkyſim factã suppoſita iuuãt. ¶Jtẽ ſo.eiꝫ adhibita ſuffuſiões oculis detergũt. Sanguinem
D vulneribꝫ impoſita siccãt. ¶Pau.ca. ꝺ ſcabiosa Scabiosa ca.ẽ ſic.in.ij.g̃.Valet ꝫ ſcabiẽ ⁊ alopiciã.⁊ succꝫ eiꝫ lũbricos necat. Jumꝫ vini decoctiõis eiꝫ valet ꝫ emorroidas. ¶Contra ꝯdilomata q̃ atricia dicunt fiat emplim te
F ſuper ex ipſa herba.fumo iñ pꝛiꝫ recepto. ¶Dicit ꝙ.ſ.Urbanꝫ ad petõez cuiuſdã ſoꝛoris ſue anhelamis ſup ſcabioſe ꝟtutes qm̃ipe ꝯtinue vtebat:misit ſibi in fraſe ꝛiptos ꝟſus. Urbanꝫ ꝓ ſe neſcit preciũ ſcabioſe. Nam purgat pectus quod ꝯprimit erga ſenectus. Lenit pulmonem:purgat laterũ regionem. Apoſtema frangit.ſilocuz bibita tangit. Tribꝫ vncia foꝛtis:a ntracẽ liberat hoꝛis.



Capitulum.cccxviij


ſ Lalongia grece:latine Lepucia

Operationes

¶Bal.ij.de cibis ca.deſcalongijs.Sunt ſcalongie ex genere bulbi.comedit cm̃ ipſoꝝ radix ſine foliis.habet aũt in ſeipſa amarã et austerã ꝟtutẽ notabiliter per quã ſtomachũ reſolutũ excitat aliq̃liter.appetitui non ꝓtrariatur neq; expuere aliq̃d indigentibus ex pectoꝛe et pulmone.et quidẽ ſubſtantiã coꝛpis groſſioꝛem et viſcoſioꝛẽ bñs.amaritudo eius contragit groſſiciei.ſiccare viſcoſa.⁊ groſſa apta nata:ſicut in his que de medicinis dicta ſunt. pꝛpter quod ſi bis decocte fuerint nutritiue ſunt magis.contrariantur aũt ẽiam expuere indigentibus tanq; vtiq; depoſito toto amaro A
¶Comedere aũt ẽ ipſas melius tunc cũ aceto ſimul et oleo et garo.Et enim delectabiliores ſunt et minus inflatiue:⁊ magis nutritiue ſubtiliores ad digerendum. Abundantes autem ſm eſum ipſoꝝ quidam manifeſte ſenſerunt et ſperma plus habentes pꝛomptioꝛes facti ad venerea.preparant autem ⁊ hos homines multifoꝛmiter. Jon enim ſolum cibos per aquam ſed et vaſa ex ipſa valde preparata cõ B

ponũt: post frixurãcz alij offerũt. Multi autẽ assantes super lar multam decoctionẽ nõ sustinent. ¶ Contenti sunt autẽ valde modica: neq; omnino predecoquunt gaudentes ipsorũ amaror austero sapore saluato: prouocat enĩ ipsos magis ad esum. ¶ Sed inflationem ꝛ tortionẽ inferunt non digesti. Ex his quidem itaq; qui sic comedunt non bonũ chimi alimentum fit.

¶ Ex his aũt qui amplius decoquunt aut bis vt dictũ est: grossior quidẽ chimus. melior autẽ quantũ ad digestionem. ꝛ nutritiuus fit. Calefaciunt autẽ manifeste: ꝛ aliquid aromatizans insinuant: ꝛ vrinatiue sunt.



Capitulum.cccxix.

Scamonea latine. Grece Diagridion. Arabice scamonea. Sera. lib. aggre. capi. scamonea. aucto. Dyasco. Scamonea est planta habens ramos multos egredientes ab vna radice longitudinis q̃tuor brachiorum: sup quos est viscositas adherens manui: ꝛ parũ bozre. Et habet folia similiter pilosa: ꝛ silia foliis plante lebleb. i. volubilis agrestis aut folijs cussus. i. edere: nisi quia sunt molliora foliis cussus. ꝛ habent tres angulos. ꝛ habent flores albos. rotundos: cõcauos: siles in figura sua cartalaid est tube hãbẽs grauẽ odorem. ꝛ radicẽ habet grossam sicut pollex. albã grauis odoris plenam lacte. Et colligit ẽm hunc modũ. Nam vulnerat virga ꝛ radix eius et fũt fouee iuxta vulnus: ꝛ humiditas manãs a vulnere in foueis illis: que postea colligit in cocleis. Quidam vero fodiunt circa radicem ꝛ sternunt ibi folia: tũc ꝛ vulnerata radice qõ de humiditate egreditur super subiecta folia colligunt. postea sic dimittunt donec illa humiditas desiccata fuerit quã reponunt. ꝛ melior ex illa humiditate que est scamonea: est que est clara leuis ꝛ similis in corpore suo glutino: quod fit ex corijs boum: habens gibbositatem. ꝛ est spongiosa. et est illa que defertur ex locis mysie ꝛ ex terris asie est huiusmodi. Et ille qui vult eligere scamoneam ꝛ colligere ipsam: oportet q; non sit contentus vtrum albescat: aut non albescat quando tangitur cum lingua. quia idez contigit: quãdo ipsa est adulterata cũ lacte titimalli. Verũtamen discernitur quando non est admixtum: eo q; non aduret nec mordicat lingnam adustione et mordicatione forti. Nam hoc accidit quando est sibi mixtum lac titimalli. ꝛ deterior specierũ scamonee est illa que defertur ex seni ꝛ ex palestina: quia iste species ambe sunt male adulterate cum titimalli lacte: et cum farina hordei. Et est calida ꝛ sicca in tertio gradu.

Operationes

¶ Serapion. Sunt autẽ qui accipiunt extractionem plante scamonee: et coquunt eam. ꝛ dant elixaturã in potu ꝛ purgat. Et assumitur radix plante scamonee: et coquitur illa cum aceto et teritur contritione forti. et conflatur cũ farina hordei. fit emplastrum iuuatiuum sciatice. A

¶ Et quando lana inuoluitur in lucco radicis eius. et subũcitur pregnanti facit abortum. Et quando miscetur cũ melle ꝛ oleo ꝛ liniunt cum ea exiture soluit eas. ꝛ quando coquitur cũ aceto. et linitur scabies vlcerata excoriat eam. Et quando miscetur cum oleo rosato. ꝛ linitur caput cum ea confert sode antique. B

¶ Et idem auctoritate Halieni. Calida est et sicca in tertio gradu. Et est calidior pipere. Et idem auctori. Pauli. Scamonea abstergit cutim. ꝛ meliorat colorem. ꝛ mundificat baras. ꝛ aufert dolorez capitis antiquum. quando administrat cum oleo rosato ꝛ aceto. ꝛ infunditur sup caput. et melior ex ea est vergens ad colorẽ celestẽ quando frangit. ꝛ est in fractione sua sicut cochlea fracta. Et illa que colligit in montibus kem est huiusmodi. Et mala est cuius color vergit ad nigredinẽ. ꝛ figura eius est rotunda ꝛ alterius colorus ab illa. ¶ Et modus rectificationis prime speciei que est bona est q; acci C D

piat citoniũ: z abscindat de capite eius rotula. z fodiat mediũ ei⁹: z intromittat ibi scamonea. Deinde ponat cooptoziũ qđ fuit abscissum et firmet. Demũ inuoluat sup ipm pasta: z ponat in furno nõ multũ calido. z dimittat donec de siccet. et dosis eius ita ꝓparata sit ab anno da⁹ uich vsq; ad duos. ¶ Et scias q; scamonea nõ mutat nec; minuit acuitas eius circa spacium xxx. vsq; ad. xl. annos: nisi illa q̃ est ꝓparata sicut diximus. nã illa que est preparata q̃n transierit longũ tempus sup ipsam: amittit virtutẽ suã. z ꝓter hoc oportet q; prepares eã q̃n volueris eã administrare. z q̃n sumit scamonea plus ab ea quãtitate quã diximus fortasse inducit anxietatẽ z languorẽ z sudorẽ frigidũ z sincopim et fluxũ donec moriat. Et dosis eius cõueniens est a. vi. granis ordei vsq; ad. xx. ¶ Et de proprietate eius est q; expellit colerã z humores viscosos. et attrahit superfluitates malas a corpore. z multi ex his qui sunt calide cõplexionis post cibũ susceperũt eam incurrũt febres acutas. Et ab ea cauere boibꝰ melius est: nisi magna necessitas incũbat. z tunc accipiat ꝑm formã z quantitatẽ quã diximus. ¶ Et idẽ aucto. Aben Mesuay. Laxat fortiter ventrẽ: z nocet stomacho et epati: z diminuit appetitũ cibi. et inducit anxietatem z nauseam. Et rectificatio eius est q; admiscet ei anisum z daucus z semẽ apij: z radix piperis. z admiscere cũ oleo amigdalino est bonũ. Et scamonea non debet multum terere: ne adhereat stomacho vt noceat ei Et oportet q; nõ bibat simpliciter: z sumatur cum magna cautela. Et fit dosis eius ab vna kyrat vsq; ad tres. ¶ Johannes Mesue capi. de scamonea. Scamonea est solutiuũ magnũ Et dixit Democritus q; est dissolutiuũ antonomatice: z q; est genus solutiuoz z generaliꝰ sup oĩa solutiua. Fit añt ex succo cuiusdã speciei volubilis: cuius folia sunt in modũ sagitte alate. Nascit autẽ in antiochia Armenia: z corasceni in partibꝰ arabie z thurchie. z plurimũ nascit in terra nostra: z est mala. z credo q; dispositio loci z modus culture z ars in faciendo auxiliat: vt sit bona vel mala. ¶ Modi autem opationis eius sunt q̃ttuoz. Primus est vt accipiat radix eius post cibũ euellita terra: z fiãt incisiones in eo q; apparet sup terrã z inueniat. qđ egredit post diẽ: z est res sicut gũmi. z dimittit exiccari z conseruat. Secundus est: extirpant post illud totaliter radices z incidunt. z colligitur lac eorum fluens: z decoquitur cũ facilitate z exiccat soli. z fiunt inde forme z sigillantur. et huius scamonee color est subalbidus aut varius Tertius est: terunt adhuc radices post illud: z extrahit succus. z fit sicut diximus ꝺ decoctiõe z alijs. z sigillant alio sigillo. nunc autẽ fides sigillorum perijt. Et hec scamonea est grossa: nigra z ponderosa. Quartus est: teruntur flores eius z stipites: z extrahit ex eis succus z fit simpliciter. Et hec est scamonea nigra attinens viriditati. z est grauis odoris. ¶ Electio. Melioz vero est antiochena: z armena est post hãc. Que vero fit in partibus nostris z in corasceni ẽ mala prorsus. Et melioz adhuc est que est prime forme: z que est secũde post primam. z alie sunt male: z deterioz viridis. Adhuc autẽ qui laudauerunt scamoneam in quinq; proprietatibꝰ laudauerunt eam. Prima est vt sit in colore clara sicut gũmi. z propriespecies eius prima: aut subalbida: aut varia. Secunda vt si tangatur confractũ eius cũ aqua vel saliua fiat sicut lac: Tertia vt sit tenera multe facilitatis ad frangendum z puluerizandũ. Quarta vt sit ponderis leuis. Quinta vt sit odoris proprij boni: nõ grauis. Remota vero ab his proprietatibus non est bona. ¶ Conseruatur autez per annos xx. sed quanto antiquioz tanto debilioz. Calide complexionis est in tertio gradu: et eli sicca in primo. Et est in ea de acuitate minus q̃ in planta sua. Et credo q; ars in faciendo ipsam frangit ex acuitate eius aliquid: et in ea est amaritudo. et ipsa quidem est abstersiua: incisiua z resolutiua cũ attractiõe multa. cuius attractio extendit vsq; ad multũ remota. ¶ Rectificatio Quattuoz sunt ei familiaria que in corpe magnitudinem nocumentoz imprimunt. Est enim in ea ventositas mordificatiua: z faciens in stomacho subuersionẽ z nauseam. z estuationem laboriosam. Secundũ: q; insunt ei caliditas z acuitas habilis inflãmari. et propter hoc facit cadere in fe. z sitim: z proprie quando inuenitur patientis preparatio. Tertiũ quoniã fit ꝑ ipsaz attractio vehemens dilatatio orificioꝝ venarum: quia facit cadere in immoderatũ fluxum: quoniã est in eo serositas operans ad excoriationem viscerum. quare generat dolores acutos pungitiuos. et facit cadere in dissinteriam z tenasmon. Quartum est proprietas et operatio sua: quibus fit impressio nocumenti in membra que sunt minere virtutum: sicut corpar stomachus: et similia eis. ¶ Auxiliandũ igitur ex his cũ rebus quibus proprietate z virtute nocumenta tollunt. sicut verbi gratia: obuiamus ei quo primo dixi adiuuando: vt resoluatur vapor eius turbidus z inflatiuus: faciẽs subuersionem z laborem. Et ad hoc auxiliatur nobis decoctio in pomo: digerit enim z maturat et resoluit z excludit vapores eius: z aufert serositatem eius. Et misceantur etiã in decoctione illius que ventositatem resoluũt: z carminant

ꝛ adiuuant ad illud sicut daucus proprie ꝛ galanga: ꝛ semen feniculi ꝛ semen apij: ꝛ similia.

O ¶Et dico q̄ decoctio eius generalim: ꝛ p̄parationis eius auferēs plura ex nocumētis q̄ diximꝰ. Et obuiamus ei qđ diximus in secūdo: miscendo in decoctiōe eius aliq̄d ꝑtute refrigeratiuū ꝛ operādo vt frangat acumen ꝛ inflāmatio eiꝰ Et ad ħ auxiliant nobis decoctio eius cū his q̄ extinguunt ꝛ leniunt: sicut est muscillago psillij ꝛ aqua eius ꝛ carnes prunoꝝ: ꝛ succus rosarū: ꝛ aqua violaꝝ et viole recentes: ꝛ inuolue ipsaꝝ ante coctionē eius in oleo rosarū: aut violato auferunt hoc nocumentum a hea.

P ¶Et succus citoniorū musoꝝ ꝛ sumach ꝛ spodium faciūt similiter. Et obuiamus ei qđ diximus in tertio: miscendo ei in decoctione q̄ adiuuāt virtutes membroꝝ: ꝛ auxiliant in aggregatione ꝛ corroboratione partiū laxarū. ꝛ ad hoc auxiliant nobis maxime res stipticitatem habētes: ꝛ oīa que auferunt superfluitatē a cuminis eius: ꝛ remouent subtilitatē ꝛ virtutē penetratiōis ipsius: sicut est mastix: citonia ꝛ succus coꝝ. sunt cū rectificatiuū bonū. Mirabolani quoq̄ citrini sunt mirabiles in hac operatione ꝛ aloes similiter.

Q ¶Et obuiamus ei qđ diximus in quarto: miscendo res q̄ aggregant duas intentiōes. Prima est acquirere ei facilem egressum. ꝛ ħ cū rebꝰ expellentibꝰ cito audaciā eius: ꝛ facientibꝰ eā descendere. Et ad hoc auxiliant nobis administratio eius cū rebꝰ lubrificātibꝰ. sicut est muscillago psillij ꝛ carnes prunoꝝ. Et sciuisti q̄ compressiua citonia: ꝛ maxime sumpta post medicinam. ꝛ proprie post q̄s incepit educere festinare faciunt eius egressionem.

R ¶Et sciuisti q̄ aqua calida post medicinā trasmutat audaciā ipsius. ꝛ debilitat virtutē eius.

S ¶Et dixit Rufus eis qui sumpserūt scamoneā de melioribꝰ rebus: est ad expellendū audaciā eius: vt post quattuor vel quinq̄ horas post q̄s sumpserunt cum psillio cōquassatū cū aqua tepida aut oleo rosaꝝ. sumāt ꝛ post horas duas eius infusionem mirabolani tribue: sic cū non timent nocumenta eius. Secunda est reprimere eius virtutē acutā ꝛ serositatē. ꝛ hoc facimus cū auxilio rei humidaꝝ ꝛ vnctuosaꝝ: sicut est dragantū ꝛ oleū rosaꝝ ꝛ amigdalaꝝ. Et obuiamus ei qđ diximꝰ in q̄nto: q̄ est thesaurus totius operationis: ꝛ illō est acq̄rere ei bonitatē cū medicinis mēbra ꝛ virtutes cōfortantibꝰ. et ad hoc auxiliant nobis medicie cordiales frigide: ꝛ medicine stomatice. Et auxiliant nobis ares ꝛ modus preparationis: sicut iam diximus.

T ¶Modus rectificationis eius est ꝛm q̄ narrauit Rufus decoquere scamoneam in citonio post inuolutionē eius ꝛ reuolutionē ferē p̄ diem in oleo rosarū aut violarū aut amigdalarū. et post illud teratur faciliter: ꝛ voluatur ꝛ reuoluatur in scutella vitrea vsq̄ dum siccetur cū infusione mirabolanorum citrinorum facta in succo citoniorum. tunc fiunt ex eo trocisci quantitate quarte. ʒ. i. ꝛ sit dosis trocisci vnus. solutione cū educit absq̄ molestia. Modus autē alius ꝛm eundē satis bonus. Decoquit scamonea cū priori doctrina: adiungendo et mirabolanos citrinos ad quantitatem tertie partis ipsius. deinde accipe semen anisi feniculi: daucia. na. ʒ. ij. decoque cum succo citoniorū cū facilitate: ꝛ cola et vtere desiccatione ꝛ inuolutione: sicut hic proximo diximus. Inquit Rufus. Sit tua addere ꝛ minuere et mutare: ꝛm qđ exigit dispositio.

U ¶Inquit Galienus. Miscui scamoneā cū septuplo ipsius manne: ꝛ triplo eius succi rosaꝝ post bonitatē coctionis eius in pomo. Et inueni ex modis preparationis eius hunc modum satis laudabilem: emendantem plura ex nocumētis que timentur per ipsam. Et aliquando miscui medicinas cordiales. aliquando alia sicut res exigebat. Inquit Hamech. Accipe vuppū eiꝰ florum violaꝝ: ꝛ medium pōderis ipsius liquiricie. ꝛ inuolue in oleo rosarū: ꝛ fac trociscos. ʒ. i. ꝛ sit dosis eorum vnus.

X ¶Inquit Humay. Dissoluatur cum oleo violarum aut amigdalino et pauco mastices. et p diem ꝛ diem agitet in sole cum administratiōe olim paulatim post hoc agitet p diem ꝛ diē cū aqua rosaꝝ in qua fuerit dissolutū bdellium ꝛ exiccet ꝛ decoquat in citonio. Post hoc cū tertia parte mirabolanoꝝ citrinorū fiant trocisci. Et fit dosis ʒ. ß. Inquit Paulus. Zinziber ꝛ piper longum ꝛ anisum: admixta decoctione ipsius: ꝛ proprie in pomo acetoso aut pontico remouet nocumenta ipsius.

Y ¶Modus rectificationis ipsius ex inuentione nostra. Decoquant frustra eius inter amigdalas tritas multas post preparationē eorū inter folia sepeliendo ea in cinere calido. ꝛ post diem abiectis amigdalis dissoluant in aqua citoniorum acetosorū: in qua bulierit spica ꝛ anisum. ꝛ ex speciebus ꝛ seminibus redolentibꝰ: ꝛ desiccetur. Deinde cū pauco mastices ꝛ bdellij decoquat in pomo citonio inuoluto in massa. deinde fiāt trocisci vncia vna. Et sit dosis vnā Operatur cū sine nocumento.

Z ¶Modus alius preparationis predicte. Miscatur quantum ipsa est de sumach. ꝛ quanta parte eius de spodio. ꝛ fiant inde trocisci sicut priores. sunt cū vtimi. Dissoluat scamonea cū octuplo culmine. ꝛ cum pauco spice post in

solutionem eius fit oleo rosaꝝ aut amigdaliõ. Et decoquat cum facilitate: emendat enim a sua malicia. Et sciuisti q aloe frangit malicias eius et mirabolani magnificant eam. Et decoctio eius in succo portulace: aut aqua seminis ipsius auferunt plura ex nocumentis ipsius. Et medicine cordiales: aut stomatice calide: aut frigide: sm q res exigit frangunt maliciã eius. Et oportet q fiat decoctio eius cum facilitate. Impetuositas enim in decoctione addit in maliciam eius. Et ista sicut sciuisti de triturationem odicũ sustinet. quapropter in trituratione ipsius non nimiũ insistat. Ex rebus autẽ facientibus facilem et velocem egressum eius a corpore sunt citonia qñ in confectionibus et electuariis simul miscentur: et similiter mirabolani. Ipsi enim sunt de cito eam deponentibus. Et similiter si supra eam post spaciũ bibatur. Et sciuisti q aqua calida expellit maliciam eius: et
Aa aliqua alia similiter sicut diximus in canone.

¶ Solutione educit colerã cũ facilitate: et attrahit eã a sanguine et venis vehementer. et eius operatio est sicut operatio furiosi. Et ipsa est inimica cordi: stomacho et epati et intestinis. Et est ex facientibus nauseam et conturbationem in visceribus. et subuertentibus ea. et facit sitim. et debilitat appetitũ cibi. Et ex ea et myrra et oleo et succo agresti et pauco apio fiũt trocisci. et cũ vino pontico: et proprie cum vitellis oui et
Bb aceto forti.

¶ Sanat sodam antiquam et frigidam: et proprie emigraneã difficilem. Et si ponat supra dentẽ removet dolorem eius et corrosio. Et si super scrofulas: et proprie cũ succo apij et dauci: delet eas. Et si fit linimentum ex vno eorum cum succo sisimbrij et aceto. sed loco apij ponitur castoreũ: et linit in posteriori parte capitis. et est magnũ iuuamentum ad subet et litargiam. Et quando scamonea supponit cum lana educit menstrua et facit abortum. et ipsa quidẽ curat morsus scorpionis: proprie desup linita cum succo mentę aut cum vino. Utent aũt eius acceptionẽ qui calide et sicce nature sunt: est autẽ paratus cadere in febres. Vij autẽ qui sumunt ipsam: timeant estus et frigus: et abhorreant fructus: et proprie frigidos: et aquam veri frigoris: et somnum prolixum super eam: et excitãtia superbiã animi. Conseruat autem scamonea per annos duodecim. Dosis eius est a granis ꝙnq vsq ad duodecim.

Capitulum. cccxxx.



Saxifraga. Pandecta. Saxifraga est herba similis pimpinelle. non differens nisi in pilositate: quia pimpinella est pilosa: sed saxifraga non habet pilos. Uñ versus Pimpinella pilos: saxifraga non habet vllos.

Operationes.

¶ Paulus capi. saxifraga. Saxifraga calida est et sicca in tertio gradu. A

¶ Et valet contra stranguriam: et vitium lapidis: et dolorem yliacum. B

Capitulum. cccxxxi.

Staphisagria. ysid. Staphisagria est herba que habet folia quasi vitis: et caules rectos emittit. semen habens in folliculis viride ac trigonium in modum ciceris asperum fuscum: intus album et amarum. Nascitur in locis humidis.

Operationes

¶ Dyascorides. Staphisagria quam latini pedicularia vocant: nascitur in locis vmbrosis. A
Et sunt folia eius viti agresti similia: diuisa et



scissa tanq̃ malua agrestis. hastas hñs longas erectas et nigras. Semen est ei simile ysaci et flores. Qō semē in viridioribus folliculis est obtectuz. qñ teritur est nigrū: interius albū. gustu viscido et acri et calido.

B ¶ Grana eius quindecim accepta cū mulsa vomitibꝫ excludunt pingue flegma. verū hij q̄ acceperint mulsaz bibāt z deambulēt. qñ offocationes citius prestant: et gulam exasperant.

L ¶ Trita z bibita pediculos interficiūt: scabiē et pruriginem tollunt. Cum aceto elixa z tere retenta facere possunt omnia supradicta.

D ¶ Reuma gingiuis abstinent. tumores faucū spargūt. miscent̄ in malaginatibꝫ calidis. Semen tritū z oleo mixtū necare lendines ac pediculos est manifestū. Conueniens quoq̄ probatur in apo flegmatismo faciendo: vel asperitatibꝫ effectis quos greci stigmata vocant: ob recorporationem faciendam.

E ¶ Auicenna. Stafisagria est vua passa montana: cuius granū est sicut cicer nigrū. In tertio gradu est calida et sicca. z est adustiua: corrosiua: acuta: acris. Interficit pediculos: z proprie cū arsenico. z confert alopicie antique linita. Sadē cū arsenico vel sola ponit̄ sup scabiez coxationem: z masticata ad extrabendū ex cerebro flegma et humiditatem.

¶ Ex ea quoq̄ in aceto cocta colluit̄ os ad dētium dolorem et gingiue humiditatē. Preterea sanat alcola cum melle: z bibunt̄ et ea quindecim grana cum mellicrate: facitq̄ chimū viscosum vomere. In eius tñ bibitiōe timor est: qñ ipsa vesicam vlcerat. F

¶ Constantinus. Stafisagria in tertio gradu est calida et sicca. habet acumen quo cum mastice vel olibano masticata multum a flegmate caput purgat. Linguamq̄ propter flegma aggrauatam alleuiat. G

¶ Gargarisata quoq̄ caput de grosso z viscoso flegmate mundat. Cum aceto cocta dentiū dolorem ac gingiuarū putredinē curat. Sternutatio de illa z nigella vtriscq̄ in aceto coctis iuuat in opilatione venarum yctericos. mixta vero cum auripigmento et oleo valet cōtra scabiem ac pediculos. H

¶ Pandecta cap̄. cccxiij. Vaberas arabice vel numbasas. grece pediculicida. latie stafisagria vel pedicularia vel granū capitis: vel passula montana: vel rosa regis. I

¶ Serapion libro aggrega. capi. Vaberas siue habeltos: auct. Dya. Est vlanta habens folia similia foliꝭ vitis agrestis incisa sicut folia malue agrestis. et habet ramos longos. K

¶ Galienus sexto sim. farma. ca. Stafisagria ſm translationem arabicaz. Est acuta fortiter multum. Et virtus eius est calida adurens et attrahit z abstergit abstersione fortī. L

¶ Auerrois quinto Colliget capi. de Stafisagria. Est calida z sicca in tertio gradu. M

¶ Auicenna libro. ij. de Stafisagria. Est calida et sicca in tertio gradu. N

¶ Galienus. Facit descendere a capite quādo masticatur: aut fit gargarisma cum ea: flegma multum. Et conuenit cū egritudinibꝫ cū quibꝫ deuak cutis. et conuenit ad pruritum. Participat autem a dustiue cuiusdam virtutis. O

¶ Dyasco. Grana quindecim accepta cū mulsa flegmata pinguia vomitibus excludit. Vtrobi qui mulsam acceperint alicubi bibant et deambulent: q̄ offocationes citius prestat: et gulam asperat. Trita et bibita pediculos necat. P

¶ Auerrois. Quando masticatur trahit flegma et succus suus mundificat caput per nares Et electuarium eius valet ad morbuz caducū et maxeam: et menstrua educit. Q

Capitulum. cccxxij.



Sanguis draconis latine: grece sindrichis egilos: ara. demalachoem: Serapio li. ag. ca. demalachoē aucto. Dya. Demalachoem vel sindrichis egilos. i. sanguis dracōis qui fit ex arbore q̄ eodē noie nūcupat. et est plāta hñs virgas vnius palmi lōgas aut plus: silices fusis in quib9 filat. sup q̄s sunt folia parua similia folijs coriandri. quoz color vergit ad rubedinē. z habent viscositatē z odorem fortem: nō tñ malū sed proprijū odorē medicinarū. Et in sūmitatibꝫ ramoz sūt corone rotūde z flores albi in pncipio natiuitatis eoz. In fine vo fiunt aurei. Nascit in terra culta.

Operationes

A ¶ Sera. auc. Hal. Sindrichis. In plāta ista est res q̄ abstergit. z est in ea humiditas multa et ipsa infrigidat paz. et cū hoc est in ea parua stipticitas. et ꝓpter hāc causaz ꝓhibet generatiōnē apostematū. Et quidā noiant plantā q̄ oz egilops noie huius plāte. z est planta silis huic plāte in oib9 nisi qz ista plāta est supioz in stipticitate ab ipa. z ꝓpter hāc causaz ꝓfert sanguinē z vlceribꝫ intestinoz: z fluxui mēstruoz supfluo

B ¶ J dē auc. Cōstan. Succus huius plante est sanguis draconis dictus. z est rubeꝰ fortis rubedinis. z sapor eiꝰ est stipticus. z virtꝰ eius est q̄ infrigidat z deliccat in. iij. gdu. vñ ꝓglutiat vulnera q̄ fiūt a ꝓcussione. z ꝓfert fluxui sanguis z vlceribꝫ intestinoz. ¶ Et idē auc. Dya. Ista plāta q̄n terit bñ z ponit sup vlcera cū sanguīe suo cōglutinat ea: z ꝓhibet apationē eoz. z scindit fluxū sanguinis mēstrui. ¶ Et fit eucatisma ex decoctiōe eius: in q̄ sedēt mulieres. z abscindit fluxum humiditatū antiquarū matricis. ¶ Et bibit ex decoctione eius ad vlcera intestinorū. et confert incisionibus carnis: z incarnat ea. ¶ Et q̄n fit suppositoriū cū eo stringit ventrē: et ꝓfortat stomachū interiꝰ sumptus z exteriꝰ positus. Sanguis draconis fri. z sic. est ꝓpterionis in tertio gdu. Est aūt eligendus q̄ interius est clarus sicut miniū. Sophisticat quandoq̄ cum puluere miniū: et cū alio succo indurato. ¶ Cōtra fluxū sanguis e naribꝫ imponat pulvis ex eo: z fricent nares vt pulvis adhereat rupture venaz. Fiat etiā sinapisma ex eo z albumine oui z aqua rosaz circa frontem z tempora. ¶ Cōtra emoptoicā passionē vitio spūalū teneat pulvis eiꝰ z gūmi arabici ꝓfectus ex aq̄ rosaz infusiōis dragāti: z patiēs postea trāsglutiat. Si ꝓ vitio nutritiuoz det cū succo plātaginis. ¶ Jdē. Fit vsus ꝑ dissinteriā si fiat vitio superioz. si vitio inferioz initiat ꝓ cristere cū succo plātaginis z aqua oz. ¶ Suppositoriū factū ex eo z succo sanguinarie valet cōtra matricis fluxum: z ptra fluxū sanguinis narium.



Capitulum.cccxxiij

SArcocolla.grece.arabice anzaros.latine vo anzarura.Sera.li.aggre.capi. Anzaros.auc.Dyas.Est gūmi arboris spinose que nascit in terra Paras qō similatur olibano ꝛ sunt parua frusta.ꝛ color eius est subrufus ꝛ amari saporis.Et melior ex ea est que cito frangitur ꝛ desiccat sine mordicatione.et in sapore eius est amaritudo.ꝛ est calida ꝛ sicca in primo gradu.Unde virtus est que glutinat: et abstergit:ꝛ maturat:ꝛ resoluit:ꝛ incarnat:et aperit apostemata q̄ fiunt a percussione.¶Ba lienus.viij.sim.far.ca.de sarcocolla.Sarcocolla est lachryma arboris ex Persia.mixtam habens virtutē.Et emplastica quadā substantia:ꝛ modicum stiptica.vnde immordaciter siccat:ꝛ ꝓpterea vulnera potest consolidare.

Operationes

A ¶Dyascorides.Sarcocolla habet virtutem cōglutinatiuam vulnerū.et abscindit humiditates que veniunt ad oculum ꝛ corrodit carnez corruptam que est in vlceribus:ꝛ habet virtutem in obtalmia cum ponitur.Et proprietatez eius est expellere lippitudines ab oculo plus aliis medicinis.maxime quando administratur cum amilo ꝛ zuccaro albo.

B ¶Et idem auc..Atabari.Restaurat fracturā ꝛ incarnat vlcera.ꝛ mundificat vlcera cū melle ꝛ q̄n miscetur cū albumine oui:aut cum lacte et desiccatur.ꝛ postea teratur ꝛ cribrat ꝛ in puluere administrat:cōfert obtalmie.ꝛ purgat flegma viscosum.Et dosis eius est quādo miscet cum aliis medicinis in decoctiōe.a.ʒ.f.vsq; ad vnam.ꝛ ipsa non ponatur sola propter malicia eius magnam.

C ¶Et idem auctor.Habit.Sarcocolla acuta multum perforatiua.comedit carnes vlcerum: ꝛ habet in cura obtalmie proprietatem magnā ꝛ virtutem magnam:et virtutem potentem:et auferr lippitudinem oculorum;quando habēt obtalmiam.quod quidem non facit ita aliqua medicina.ꝛ maxime quando miscetur cū amilo et zuccaro albo.

D ¶Et potio eius ad laxandum ventrez.Habet proprietatem iuuandi oculum et ventrem.ꝛ ꝓprie ad purgandum flegma grossum quod est aggregatum in iuncturis et intestinis ꝛ in scia et in geniculis.expellit ipsum cum fortitudine. et cum aliquantulo colore:ꝛ iuuat medicinas alias ad exeundum ex corpore.Et forsasse vulnerabit oculum ad intestina.et excoriabit ea.ꝛ inducit tenasmonem propter suam acuitatem.

E ¶Et si ipsa datur in potu alicui sola:aut cum aliqua medicina.ꝛ fuerit ille etatis completē inducit ei caluicium.ꝛ facit cadere capillos omnes de capite suo.Et si fuerit iuuenis fit in hot mora.Et si fuerit senex:facit illud citiꝰ.Et melior ex illa est que teritur faciliter.que est albidior ꝛ in maioribus frustis.Et q̄n sit cum oleo de nucibus:quia oleum nucis frangit acuitatē eius. et propter hoc non habet ipsa facere id qō diximus in corrosione:propterea quia oleum prohibet eam adherere.ꝛ caliditas nucis frangit plurimum acuitatis que est in ea.

F ¶Sed si preparas eam cū oleo amigdalaruꝫ pone de eo duplū aut triplū pōderis ꝺ ipso oleo si vis ipsam ponere in aliqbus pillulis.Sed si volueris ipsam adhibere solam sine aliqua cōmixtione alterius medicine:pone plus ponderis eius de oleo.ꝛ pone de oleo de kerua quātitatē qua possit dissolui solū:ꝛ postea misce cū aliis medicinis:ꝛ cū oleo de kerua erit senibus conuenientior.Iuuenibus autē non est conueniens cum eo:quia calor nature iuuenturis nō fert calorem olei de kerua.

G ¶Et quātitas dosis eius simplicis postq̄ preparat sicut diximus est pōdus aurei vnius vsq; ad pondus.ʒ.iij.ꝛ quartā.Et meliores medicie que cōueniūt in admixtione eius sunt serapinū ꝛ mirabolani:ꝛ turbit ꝛ aloe ꝛ armoniacum ꝛ bdellium iudaicum:ꝛ semen apij ꝛ amcos:ꝛ similia horum ex medicinis.

H ¶Paulus capitulo de Sarcocolla:Sarcocolla calida est ꝛ sicca in tertio gradu.Emplastrum factū ex ea ꝛ albumine oui super timpora valet ad fluxum sanguinis a naribus.

I ¶Puluis eius cū aqua rosaz ꝓficiat ꝛ sole extrahatur:ꝛ iterq̄ cū aqua rosaz ponat i oculo.quia maculā consumit ꝛ oculū clarificat.Contra tenasmonem fumus eius per inferiora receptus emboto imposita valet.


K ¶Bulcasim libro q̄ dr Seruitor translato a sinone de Janua.Forma nutriendi sarcocollā in lacte.Accipe de sarcocolla bona alba grossa:ꝛ pone i vase vitreo amplioris orificij ꝛ mulgesiq; eaz lac asine in q̄ntitate pauca ne infundatur in eo ꝛ liquefiat:sed remaneat;sic.ꝛ pone subito i sole vt cito desiccet.ꝛ q̄n erit sicca oportet vt iterq̄ mulgas ꝑm q̄ntitatē quā diximꝰ:ꝛ semper caueas ne cooperias eam lacte:ne accescat lac anteq̄ desiccet ꝛ destruat.ꝛ fac ita quater vel quinquies.ꝛ cū hoc feceris:sicca bene ꝛ cōserua.ꝛ si nō habes lac asine paratum:fac cum lacte mulieris:quia est melius.

L ¶Auicen.Sarcocolla est arboris spinose gūma in qua est amaritudo:ꝛ bona est illa que ad citrinitatem declinat;similis olibano.

M ¶Et dicit quidā q̄ est calida in secundo:sicca

in primo. Est aut̃ glutinatiua: z ideo consolidat et carnem creat. Valet etiam ad aurem sanniosam. Confert ob talmie. z prie lippitudini z fluxui oculi. proprie cum lacte asine.

H ¶ Platearius. Sarcocolla est in secundo gradu calida z sicca. Et est gũma cuiusdam arboris ex partibus transmarinis. Huius generis alia est puluerem redacta: que facile ex alterius pulueris admixtione etiam sophisticatur. Alia vero grossa reperitur. diu seruatur et glutinositate quam habet. Inest ei virtus constringendi z consolidandi. Eligẽda est illa que alba est: aut subalbida: aut gũmosa. que in maiori quantitate reperitur. Reducta in puluerẽ non valet.



Capitulum.cccxxiiij.

Spatula fetida. Herba est simi-
lis yreos.

Operationes.

A ¶ Paulus capitulo de spatula fetida. Succus eius eradicat morfeam albam si fiat vnguentũ ex puluere eius z puluere staphisagrie. flãmule z hermodactili: z de attramẽto cõbusto in olla rudi cũ aceto z axungia porcina vetusta. et inungatur. ter in die. z cooperiatur cũ folio caulis et plantaginis.



Capitulum.cxcv.

Sebesten. Pandecta capitulo Sexcentesimo tricesimo septimo. Sebesten latine. Grece Machalomagiata. Arabice faulis sebesten. Et in lingua Persica vocatur mammilla canis. Unde. Sebesten mammilla canis fert Persica lingua. ¶ Serapion libro aggregatoris capitulo Faulis. Sebestẽ. Aboauselmochiata sunt nomina istius arboris fructificantes fructus dulces: nominãt eos gentes faulis sebesten. ¶ Et idem auctoritate ysaac. Fenera mochiata est rothin Arabia. et est arbustum altum super terram sicut basta habens corticem cuius color vergit ad viriditatem. et habet folia magna rotunda. et habet racemos: quorum sapor est dulcis: et vua eius ẽ magnitudinis nucicule que postea glaucescit. cum maturatur. Et habet interius viscositatẽ albam. et granum qnod est sicut granum olive. Hic fructus colligitur et exsiccatur donec passus sit. z est illud quo vtimur in medicina. z est medicamen mediũ in complexione sua in calido et frigido.

Operationes.

A ¶ysaac auctoꝛ. vbi supra. Sebesten laxat ventrem febꝛicitantium. confert tussi que est a caliditate et siccitate. ⁊ lenit pectus. et sedat catarꝛuz calidũ stipticum propter eius humiditatẽ.

B ¶Et confert ardoꝛi vrine que fit propter moꝛdicationem colere in vesica ⁊ in renibus. ⁊ expellit vermes intestinoꝛum: quia adherent ei pꝛopter dulcedinem suaui.

¶Auicenna. lib. ij. capꝛ. kanbel. Kanbel calidũ est in tertio gradu. Et est semẽ arenosum quod cooperit rubedo que ẽ minoꝛ rubedini lapidis in felle bouis reperti. ⁊ in ipso est stipticitas vehemens: interficit vermes et ascarides: et expellit eos. D





Capitulum. cccxxxvij.

SEmen lumbꝛicoꝛũ latine. Grece Albasan. Arabice Kanbel. Serapion li. agca. Kanbel. id est semen lumbꝛicoꝛũ Assimilatur eñ arene. et ascẽdit super ipsum glaucedo. ⁊ est in substantia eius stipticitas fortis. et expellit ascarides.

Operationes

A ¶Sera. auc. Almásoꝛie. Kanbel vel kanabel id est semẽ lũbꝛicoꝛũ. est calide cõplexionis ⁊ expellit ascarides ⁊ cadit sup terrã albã. ⁊ nõ seminat. Et est vna de rebꝰ que cadit de celo.

B ¶Et idem auc. Aluismen. Kanbel est res in q̃ est glaucedo. solidantur cum ea olle qñ frangũtur. ⁊ dicitur q̃ reperitur sup terram in coꝛalse/ni postq̃ pluit: et colligitur tunc.

L ¶Et quando bibit expellit lumbꝛicos et ascarides. et laxat ventrem.

Capitulum. cccxxxvij.

SEne arabice grece ⁊ latine. Serapion libꝛo aggre. capit. sene. Sene quãdo deliccatur reponitur. Et ipsum habet vaginas oblongas in quibus sunt semina oꝛdinate distincta. ⁊ ille vagine habent pediculũ subtilem. que adherent ramulis: ⁊ quando agitantur vagine a vento cadunt: et pastoꝛes colligunt eas.

Operationes

¶Serapion auct. Habix. Virtus eius est calida et sicca: tamen pauce caliditatis et siccitatꝫ eius est prope caliditatem ipsius: ⁊ habet virtutem magnaꝫ quando peruenit ad stomachũ purgandi melancoliaꝫ ⁊ coleram. Et fortificat substantiam coꝛdis quando miscentur cum eo medicine quas dixi iuuare sicut viola: et potio decoctionis plus confert q̃ ipsum tritum. Et dosis sicci triti eius ẽ a. ʒ. i. et in decoctione. ʒ. r. A

B ¶Et idem auctoritate Rasis. Sene ꝛ fumus terre purgant humores adustos. ꝛ confert scabiei ꝛ pruritui.

L ¶Joban. Mesue. Sene est folliculus plante quã vocãt Perse alzemer. Et inuenit ex eo domesticum ꝛ silueſtre. Et melior pars plante est folliculus deinde folia. Et melior folliculus est cuius color declinat ad viriditatẽ ꝛ subnigredinem quandã. ꝛ in quo est de amaritudine res modica ꝛ stipticitate: ꝛ qui est magis completꝰ ꝛ in quo sunt semina ampla ꝛ compressa. Subalbidus aũt nõ est bonus ꝛ incõpletus. Similiter ꝛ folia sunt meliora viridia. subalbida vero ꝛ tenuia sunt bona. ꝛ antiquũ ex eo est sine spiritu: ꝛ stipites eius sunt inutiles. Est calida in principio secũdi: sicca in primo. ꝛ folia sunt in primo calida. Et est abstersiuũ: mundificatiuũ conuenienter ꝛ resolutiuũ. Debilis est ꝛ tarde solutionis. ꝛ debilitat stomachum.

D ¶Confortat cum rebus acutis sicut zinziber ꝛ sal gemma: ꝛ medicine cordiales ꝛ stomatice cum eo felicitant opus eius.

E ¶Et Galienus. Cum iure gallorũ aut carniũ solvit sine molestia: ꝛ si infundat in aqua calefacta cũ spica: deinde coquat parum: est medicamen bonum. Solutione educit cẽ cũ facilitate melancoliam ꝛ coleram adustã. ꝛ mundificat cerebrum cor ꝛ epar ꝛ splenem: ꝛ membra sensuum: et pulmonem. ꝛ confert egritudinibus eorum. ꝛ aperit opilationes viscerũ. ꝛ conservat virtutẽ ipso in iuuentute: ꝛ generat gaudium. Causam autem tristicie amputat.

F ¶Et ponunt folia eius in lauacris ad caput: ꝛ propria cũ camomilla. Confortat cerebrum ꝛ neruos. ꝛ fm omnem modũ administrationis eius addit in visum: ꝛ corroborat auditum.


B ¶Et est medicina bona febrium melancoliam et antiquarum. Dosis eius infusi potio est ab ℥ureis. ℥ij. vsq; ad ℥i.

H ¶Platearius. Sene est herba calida ꝛ sicca q̃ in transmarinis partibus nascit: maxime circa babyloniam ꝛ in Arabia. vel in confinio babilonie ꝛ arabie. Folia tantummodo comperunt vsui medicine: per annos decem seruatur.

I ¶Et virtutem habet dissoluendi attrahendi et purgãdi flegma principaliter melancoliã. ℥j cũ per se detur principaliter in decoctione poni debet in quãtitate vnius ℥. Cum aũt cũ aliis in quantitate medie vel tertie partis.

K ¶Contra melancolicas passiones: epilentiam quartanam: emorroidas. contra vitium splenis ꝛ epatis ꝛ sincopim: epilentiam.

L ¶Ad idem quoq; valet syrupus ex succo feniculi ac sene cum zuccaro. ꝛ maxime contra vitium splenis.



Capitulum. cccxxxviij.

Senecion. ysi. li. ethimol. Senecion ꝛ eo q̃ vere primo senescat. vndecet eam latini senecionem vocant. Grecis origanon. Nascitur p̃ macerias.

Operationes

A ¶Dya. Senecion nascit in terris ꝛ in petris. ꝛ habet folia viridia ꝛ densa: ꝛ tyrsum subrufum. ꝛ in cius̃mitate capitella in modũ viticelle: vires habet stringẽtes: cadẽq; facientes que ꝛ plantago.


B ¶Cũ aceto carbasplasmata valet ad neruos ꝛ incisiones: cũ vino aut̃ dulci telliculos ꝛ inflãmationem tollit. Folia cẽ eius frigida sunt.

L ¶Ex herbario. Senecia tusa cũ axungia: ꝛ imposita vulnera sanat etiã recentia. Stomachi q̃z ꝛ pedum lumborꝝ ꝛ totarum atq; neruorum dolorem tollit. ad podogrameniam tusa ꝛ imposita eque pedibus proficit.

D ¶Actor. Senecio dicitur et carduus benedictus: sicut in synonomis legitur. Aliud est senacio: videlicet Nasturcium aquaticum. de q̃ superius dictum est de N.

E ¶Macer. Origeon greci: nos senecio vocitamus. quod similis canis videatur flore capillis. Nascit in muris: in ortis ꝛ regulatis. Illius herbe vis frigida dicitur esse. In medicinali

radat non ponit vsu. Flores cū folijs tundens in sundito vini. Per modicum dulcis: et sic tepefacta tumori. Nec simul apponas ani vel testiculorum ꝛc.



Capitulum.cccxxix.

Serpillū. ysiō. Serpillus dicit eo q̄ radices eius longe serpant. Eadem ꝛ matris animola dicit eo q̄ menstrua moueat. Palladius li. iij. Mense martio serpillū plantis aliquod semine seritur: sed vetusta melior. latius frondebit; sed iuxta piscinā vel lacuni vel putei margines conserat. Pli. li. xx. Serpillū a serpendo putāt dictū: qō in siluestri euenit: maxime in petris. Satiuū nō serpit; sed ad palmi altitudinē increscit. pinguis voluntatiū in candidioribus foliis ꝛ ramis efficax est aduersus serpentes maxime scolopendras terrestres atq̄ marinas. Idē Pli. ca. de serpillo. Serpillum idem est qō herpillū. Qñq̄ sumit p poligonia: vt in Alexandro de dolore capitis ex causa calida. Et dicit serpillū q̄ super terrā serpit. Et est aliud siluestre: aliud domesticum. Domesticū ramos diffundit sup terrā. Siluestre in longum crescit ꝛ altū. Pandecta capi. clxxi. Fumiter arabice vel mestratir miseri. grece serpillum vel herpillum. latine serapullū. Serapion libro aggregatoris capi. Fumiter. auctori. Dyasco. Est de eo domesticū et siluestre. sed domestica est planta inclinata super faciē terre iacens. et quod de ea tangit terram: infigit in terra radices. et habet folia ꝛ ramos similia foliis ꝛ ramis origani: nisi quia sunt albiores: ꝛ in odore suo est aliquantulum ex odore maiorane. et vtuntur ea multa in cibis. ꝛ nominant eam multi arclas ꝛ arclanem. Sed siluestre ex eo nominat ragis q̄ non inclinatur sicut aliud supra terram in ortu suo. immo stat erectum et habet ramos subtiles lignosos: adeo q̄ possumus facere ex eis licinia ad lumē accendendū: ꝛ ramuli sunt longi circa palmum pleni: foliis rute similibus. nisi quia sunt strictiora ꝛ longiora ꝛ duriora foliis rute. ꝛ flores acuti saporis ꝛ odoris boni per singulas ramos distinctos. Cuius color est in summitate eius purpureus. Et habet radices in quibus nō est iuuamentū. Nascitur in rupibus ꝛ in locis lapidosis. ꝛ est fortius et calidius domestico: et admiscetur in medicinis. Et est alia species agrestis vel siluestris: ꝛ est sisnabarion. Nascitur in locis habitabilibus ꝛ domesticis. et est similis mente: nisi quia sunt ei folia latiora q̄ mēte ꝛ meliorē odorem habentia. Et idem auctoritate Galieni. Substantia eius est subtilis que calefacit et desiccat in tertio gradu.

Operationes

¶ Dyascorides ca. de Serpillo: siue vt latini dicunt cicer erraticū. Herba est humilis ꝛ sup terram repens cū foliis atq̄ ramis origano similibus: albidioribus tamen: samsuci odorem fingentibus. Et eius species sunt due. Una ortualis siue vsualis: que i campis lapidosis crescit. Alia agrestis: que non per terrā serpit: sed recta atq̄ stipitis positione erigitur cū ramulis tenuibus atq̄ horrētibus in longitudine bispalmis: cū foliis paruis rute similibus: sed angustioribus ꝛ longioribus. cuius halitus similis est fermento. Florem odore suauē habens in omnibus virgis constitutū: ꝛ in summitate purpureā et linguā remordentē: et gustu viscidum. Radix eius inutilis est. nā scit in locis saxosis. Est aūt vehementior et calidior ea que est vsualis. que ideo accepit nomen herpillū: qō greci herpete repere dicunt: quia ambulat. Nam fructus huius plurimum ambulat fructificando. A

¶ Auicen. li. ij. ca. mescatra mesir. Mescatra mesir siue mescarra sir est: cuius stipites sunt similes ascebesabram sicco. Ex quo nō assumit in principio cibi sapor plurimus neq̄ odor. Deinde succedunt amaritudo ꝛ acuitas. et est diuersarum specierū. ꝛ vna est debilior: alia est calida et sicca proueniens ad tertium. B

L ¶Sera.aucto.Dyasco. Serpillū prouocat menstrua quando sumitur in potu: z vrinā. Et confert tortionibus ventris z attritionib⁹ musculoꝝ z summitatum eoꝝ. et apostematibus eparis calidis. z est bonum contra nocumēta venenoꝝ: quando bibitur. Et fit emplastrum cum eo super morsum.

D ¶Et qñ coquit cū aceto: z admisceat ei oleū rosaz. z ꝓicit sup caput sedat sodā. z est ꝓueniēs ꝓpue litargie et carabito. Et qñ sumit in potu et eo cum aceto. ʒ. iiij. sedat vomitū sanguinis.

E ¶Et idē aucto. Bali. Semen eius est similiter calefactiuū. et ideo quidā exhibent illud in potu habentibus syncopim z tortiones in vino.

F ¶Et idē aucto. Dyas. Habet virtutē calefactiuā qñ semen eius bibit cū vino. z ꝓfert dissolutioni vrine z lapidi: et tortionib⁹ vētris z sincopi. Et fit emplastrū cū eo ad punctura apum. z quando sumit in potu sedat vomitum.

G ¶Et idem aucto. Aben mesuay. Aperit opilationes viarum: et habet virtutem confortandi multum in punctura.

H ¶Dyasco. Virtutē habet ꝓstrictiuā siue redarguentem. menstruis imperat: vrinaz prouocat bibitum tortiones z conquassationes vtiliter curat: tumorem capitis compescit. Morsibus venenatis occurrit. bibitum et impositū id prestat. Dolorem capitis cū aceto cocto: oleo rosarum addito compescit. maxime litargicis et frenecticis adhibitus prodest. Nauseam prouocat. Item emptoicis mederi dicitur ʒ. iiij. cum aceto datis.

I ¶Balie. vi. sim. far. ca. de Serpillo: nominat ipsum multū subat. Sapor eiꝰ est fortiter acutus. et virtus eius est calida subtiliatiua z resolutiua. Et prouocat vrinam z menstrua.

K ¶Auicenna. Qñ pascūt eū pecudes facit emulgere sanguinem: et excusat a calamento. immo fortius est eo plurimum. z extrahit humiditates viscosas a pectore et pulmone. Syrupus eius confert conturbationi z nausee. prouocat menstrua fortiter et vrinam.

L ¶Platearius. Serpillū est ca. et sic. Et est duplex. Domesticū ramos sup terrā effundit. Siluaticū in longū crescit et in altū. Folia z flores eius medicine competunt. valet contra frigidū reuma. contra tussim. contra frigiditatē stomachi et dolorem eꝝ ventositate.

M ¶Et herbario. Serpillū qđ in mōtib⁹ saxosis nascit efficacius est ad medicinā. Huius tunsi z siccati puluis cū aqua calida potat⁹ mēstrua mouet: vrinam prouocat: tortiones viscerum z tormentoꝝ ruptiones sanat. Idem valet ad capitis dolorem: et ad serpentium ictus.

N ¶Macer. Serpillū veteres dixerūt qꝝ ꝗsi serpat. Terre vicinius: huic feruida siccaq; vis est. Acri cū vino tritū contundis oliuo. Cui rosa dat nomen: hoc vnguine perline frontē. Egroti capitis solet hoc sedare dolorem. Fidor cōbusti serpentes effugationes.



Capitulum.cccxxx.

Serapinū latine et grece. Sachabene arabice. ¶Serapion libro aggre. ca. Sachabenez siue Sachabengi auc. Dyascoridis. Est gummi cuiusdā plante: similis galbano in figura sua. Et est vna ex speciebus ferule: sicut apparet in capi. Ferula. Melior autem ex eo est clarum: exterius rubeum z interius album. Odor eius est inter odorem asefetide: et odorem galbani.

Operationes

A ¶Serapion auctoritate Dyasc. Confert vtroli pectoris: et attritioni lacertoz. et tussi antique. et aufert superfluitates grossas que sunt i pulmone. et curat epilenticos z spasmū: cū facit declinare caput ad posteriora. et valet vtroli plenis et paralisi.

B ¶Et illi q̄ amisit sensuz z motū alicuius mēbri causa frigiditatis: que accidit neruis z custodit corpꝰ a frigore. maxime ꝓ a frigore febrū.

periodicaꝝ. ꝛ fit cum eo inunctio in doloribus magnis et confert. Et quãdo bibit cũ ydromel le ꝓuocat menstrua. ꝛ interficit fetum.

¶ Et qñ bibit cũ vino ꝓfert morsibꝫ venenatis ꝛ qñ odorat confert suffocationi matricis.

¶ Et qñ linit cũ aceto sup cicatrices attenuat eas. et ipsum absergit vestigia vlcerũ oculoꝝ.

¶ Et confert obscuritati visus ꝛ aque q̃ descẽdit ad oculum. et probibet eam.

¶ Et dissoluit sicut dissoluit aq̃ cũ amigdalis amaris vt ruta: aut pane calido. ꝛ sic administrat ad ea q̃ dixim9. ꝛ ẽ ꝓriũ venenis mortiferꝫ

¶ Et aliquando teritur cum aceto: et linit sup ordeolum: ꝛ aufert ipsum.

¶ Et ꝓfert colerice. ꝛ qñ sumit in potu: aut fit cum eo cristere: purgat flegma grossuꝫ qõ ẽ in lũcturis. ꝛ mollit ventrẽ mollificatiõe ꝓpetẽti.

¶ Et ꝓfert emorroidibꝫ qñ sumit simplex aut cõpositũ. ꝛ est ꝓueniẽs medicinis laxatiuis acutis. ꝛ expellit vẽtositates grossas. ꝛ dissoluit lapidẽ. ꝛ cõfert rigoribus febriũ. ꝛ auget sperma.

¶ Et est bonũ epati. et purgat aquã citrinã. et ꝓfert pũcturis scorpionis. ꝛ ꝓfert ventositatibꝫ intestinoꝝ ꝛ costaꝝ. ꝛ purgat flegma viscosum ꝛ dosis eius simplicis est. ℥j. vsq; ad aureũ. i. infusi aliqua decoctione: aut in aqua rute: aut aque mellis. aut fenugreci. Et si admisceꝫ cum aliis medicinis infrigidat. ꝛ sic dosis eius est a ℥j. vsq; ad ℥j. Et melius est illud cuius color declinat ad rubedinem. ꝛ est clarũ habẽs odorem bonum ꝛ acutum saporem.


¶ Et cõfert doloribꝫ emorroidaꝝ qñ bibit simplex aut compositũ. est ꝓueniens administrari cũ medicinis laxatiuis. ꝛ ꝓbibet difficultatem aut grauedinẽ eaꝝ sup naturã. ꝛ resoluit ventositates grossas que generant in corpore.

¶ Bal. viij. sim far. ca. de serapino. Serapinũ opos est ca. ꝛ subtiliũ partiũ similiter aliis opis Habet aũt ꝛ ꝗd absterſiuũ q̃ ꝛ cicatrices q̃ in oculis expurgat ꝛ subtiliat. q̃nimmo suffusionibus ꝓpter grossiciez humoꝝ ſientibꝫ bonũ est farmacũ. Ipsa ꝛo planta ex qua fit ferule similis existens debilis ꝛ inutilis est. Nominat aũt principalius illa serapinum.

¶ Opos cũ ei9 ab vtẽtibꝫ noiat ita sicut ꝛ alia multa ꝓpt defectũ vocabuli noiam9 abusiue: melius erit ipm nõ serapinũ: ſz opos serapini dicere

¶ Paulus ca. de serapino. Calida est ꝛ sicca ĩ tertio gradu. Et ipsum dissolutum in succo rute frangit lapidem. ꝛ facit vũnare. Et fit collirium contra pannum oculorum.

¶ Et ꝓfert obscuritate visus ꝛ aque descẽdẽti ad oculũ. cui9 receptio est hec. Recipe serapini ℥j. dissoluat in ℥j. succi. celidonie zuccari. ℥ij. ꝛ distillet cum lacte mulieris ana equaliter.



Capitulum. cccxxxi.

Sesama vel sesamo. Plinius. Sesama venit ab Indis: ex qua oleũ faciũt. ꝛ est candidi coloris. Est aũt ex estiuis frugibꝫ q̃ in estate ante virgulaꝝ ex ortu serunt Eiusq; fructus vasculis sicut et papaueris includit. Hec quidẽ sic milium ꝛ panicũ ꝛ omnia estiua maturant a flore diebus. xl.

Operationes

¶ Plinius. Sesamam vt pinsat in ea. aqua macerata conuenit exporrigi. deinde cõfricari et frigide immergi vt palee fluitẽt. iterumq; in sole super linthea exporrigi. Qd̃ nisi festinato peragatur: liuido colore mutescit. Ipa vero q̃ euoluunt alia eualuant: variã habent pistaraꝝ rationem. acus vocat cũ per se pinsatur. Spica cũ ad vsus aurificum. Si vero in aera terit cum stipula: palea maiore parte terrarum pabulo iumentorum.

¶ Idẽ in libro. xxij. Sesama trita inhibet vomitiones. auriumq; inflãmationi illinit ꝛ ambustis. Eadem ꝛ dũ in herba est efficit. Amplius in vino decocta imponit oculis. stomacho autẽ est inutilis cibus. ꝛ animo grauitatem facit. Stellionum morsibus resistit. vlceribusq; que cocoethe vocant.

E ¶ Et auribꝫ prodest oleū quod ex illa fit. Sesamoides a similitudine nomē accepit. grano amaro z minore folio. nascit in glariosis. Bilē in aqua potum detrahit.

D ¶ Et eius semē illinitur igni sacro panno cꝫ discutit. Est etiā nunc aliud sesamoides videlicet antyare nascens. qō ob hoc aliqui vocāt antyciricon. Cetero simile erigeronti herbe.

E ¶ Granum sesame in vino dulci ad detractiones datur quantū tribus digitis capitur. Discent etiā elleborī albi vinum. z dimidiū obulū purgationi eam adhibētes maxime insane melancolie. comicialibus quoqꝫ z podagris etiā per se dragme pondere expinanit.



Capitulum.cccxxxij.

Seride. Plinius lib. xx. Seris lactuce similia. duorū generum est. Siluestris melior est nigra usta z estiua. Peterior byberna z candidior est.

Operationes

A ¶ Utraqꝫ stomacho utilissima. precipue quem humor vexat. z cū aceto in cibo refrigerant. vel illite discutiuntqꝫ z alios cꝫ stomachi.

B ¶ Cum polenta siluestrium radices stomachi causa sorbentur z cardiacis sup sinistrā mammam illiniunt. ex aceto podagris z sanguinem reiicientibus vtiles sunt omnes hec.

C ¶ Itēqꝫ ab hy genitura fluit alterno die potu.

D ¶ Dyas. Seridis due sunt species. Una videlz agrestis. z alia ortiua est. Agrestis quidē pinguis z citonon est appellata. z habet folia lata. Altera vero ortiua species habet duas. Una quidem habet lata folia lactuce similia. Altera vero est amara. z habet folia angusta. Omniū virtus est stiptica z eustomacha.

¶ Uentrem abstinet cū aceto cocta maximeqꝫ agrestis. vexatū stomacho firmat. z estuationes mitigat. sola cū polēta iposita blādit. cordiacis z oculoꝝ tumori subuenit. folia imposita vt cathaplasma mitigant scorpij percussum

F ¶ Ipsa quoqꝫ addita polentis z imposita compescit ignem sacrum. Dicta cū aceto ac cerussa omnibus calidis rebus opitulatur.

E



Capitulum.cccxxxiij.

Spelta. Pande. ca. cclxxv. Juta arabice vel fult vel bals vel balca. Brece benge vel tragus vel zeia vel ellica. Latine vero spelta. Sera. lib. aggre. ca. fult. id est spelta. z ipsa est sicut ordei granū. Et sunt eius due species. in vna inueniunt duo grana. et in alia vnum. z quodlibet granum in cortice suo. Et ipsum quidem minus nutrit cꝫ ordeū. z est boni saporis. Panis em qui ex eo fit minus nutrit cꝫ panis tritici vel ordei.

Operationes.

A ¶ Sera. auct. Dyasco. Tragus. i. spelta figura eius est figura grani. qui dr candarusum. et est minoris nutrimēti. qr multū hz de furfure. z nō est facilis digestionis. z mollit ventrem.

B ¶ Et idē auctoritate Pauli. Tragus est spelta et est ex speciebus granorū mala stomacho. et
L lenit ventrem. ¶ Et idem aucto. Isaac. Est frigida z humida viscosa. Galie. primo lib. de edulijs capitulo zeya. auctoritate Dyascori. Zeya duplex. Hec quidem est simplex: z vocatur kyrmon. hec autē dykolikos vocatur. in duobus quidem in volucris: coniugatū habens semen minus autē nutritiua frumentis. Est enī pfundarū radicum z multorū calamorum. fructus aūt leuissimus z affectatus ab omnibus animalibus. Est aūt simile frumentis in frigidis regionibus cultum. Fit autē magis nutritiua si cū ordeo aptaq; stomacho farina facta ex eo et frumento fiunt pultes. Est autē satis nutritiuū et facile elaborabile. magis autem subcitatiuū ventris.

D ¶ Et idem sexto simplicium farmacorū capitulo zeya. zeya siue spelta mediaz quodammodo virtutem habet inter frumenta et ordea. Et iō innotescat tibi per ea.

E ¶ Serapion. Mollit naturam et generat inflationes et rugitus. z est bona viscositatibus pulmonis et pectoris: et forti tussi. Nam fiunt ex ea lobor z pultes. et prouocat vrinam: z mūdificat renes z vesicam.



Capitulum. cccxxxiiij.

Symphicum. Dyasco. Symphicū nascitur in locis asperis. habens virgas origano similes ac tenues. capita vero sicut thimum: virge lignose sunt z odorate: gustuq; dulces: flegma prouocantes. Radix est illi lōga z obtusa in modū digiti grossa. Sympatos. Isidorus. Sympatos grece dictus est eo q; tantam radicis virtutem habeat: vt frusta carnis in ca cabo aspersa coagulet. Syna piagrion vel vt dicunt latini scand alicū .i. pes pulli. nascitur in tumulis z super tegulas. Herba est habens folia minuta z angusta duobus digitis longa: in summo diuisa z pinguia. Virgam profert in medio duorum palmorum cū paucis ramulis: in quibus fert semē cardamo simile. latum: obrotundum ac veluti conquassatum. vnde et vocatur talaspum. Brecināq; thalasse dicunt frangere siue quassare. Florem habet album. Virtus est ei z semini termantica atq; acra.

Operationes

¶ Dyasco. Potui datum vehementer purgationem facit superioz ac inferiorum. Sciaticis medetur per clistere adhibitū. Menstruis imperat bibitum. Collectiones in aceto bibitum rumpit. Aborsum facit. A

¶ Idem. Symphicū elixū in mulsa: pulmonē purgat. reiciente mq; sanguinē: aut nefreticos cum aqua medicinaliter iuuat. Radix eius cū aqua cocta et bibita fluxum mulieris abstringit. Dissintericis quoq; proficit. B

¶ Cum optimelle data cōquassatiōes atq; dolores lateris saluberrime curat. Masticata vero sitim amputat: z aspredinē faucū mitigat. Vulneri recenti paracolesim facit. Enteroceliacos bibita z cathaplasmata optime curat: et carnes concoqui facit. L

¶ Aliud est symphicū qō piten est appellatum. hastā habet asperā duobus cubitis longam: angulosam z abintus inanem. in qua folia sunt aspera et angusta. sicut buglossos oblonga. angulos etiā habet ipsa hasta in quibus nascunt folia. flores habet mellinos. D

¶ Et semen sup hastas sicut flomos. Hasta z frutex habent quiddam simile pulueri: qō cum carne applicatum fuerit: pruriginem facit. E

¶ Radix est ei nigra. que cū fracta fuerit apparet alba et muscilaginosa. Hec trita et bibita medetur emoptoicis. conquassationes reficit: z ani tumores spargit. F

¶ Cum yringi the folijs cathaplasmata facere potest omnia supradicta. Vulneri paracolesim efficit. Carnes incisas z in cacabos missas in se glutinare facit. G

D



¶ Dyascorides capi. de petrosilino qđ nascit in macedonia in criptis et speluncis. Semen est minutū simile apio vel ameos odoratum et viscidum et aromaticum z diureticum valde. A

¶ Menstruis imperat. Inflatiões stomachi z colli compescit calefaciendo z siccando. Animis tortionibus subuenit. Dolorem laterū mitigat. Nefreticis z vesice dolori subuenit. B

¶ Prouocat abundanter vrinam: maxime cū vino datum. diureticis antidotis miscetur. L

¶ Paulus capit. de petrosilino macedonico. Petrosilinum macedonicum cuius semen de Syria affertur. vel semen est minutum simile apio diureticum valde. Nascitur circa petras. semen et folia similia apio. semen eius odoratum z diureticū valde. Unde petrosilinum vocatur: quoniam multotiens in petris nascitur. quod multi petrapium dicere consueuerunt. Quia idem sunt sinonum z petrosilinum macedonicum: quod latine dicitur petrosilinū agreste. Lege capitulum Petrosilinum. D

¶ Multi sinono vel macedonico carētes: vtūtur alexandro. quoniam sunt eiusdem virtutis. Uirtutem sinoni vel macedonici inuenes in capitulo Petrosilinum. E

Capitulum.cccxxxvi.

Sinonū. Pandecta capitulo. dcclviij. Quidam dicunt qđ hec est herba que dicit pes milui. Quidam dicunt qđ est alexandrum: sed falso. Nam neutrum istorum est verum: quoniam non est pes milui qui vocatur pepanus: quia pes milui habet folia satis maiora et pinguiora. z flores satis a floribus sinoni differentes. quoniam pes milui facit flores multos et albos simul coniunctos in capite stipitis apparentes: sicut cauda gatte. z eius herba sicut valeriana. Sed sinonum recte floret sicut petrosilinum vsuale. secunda facit folia sed maiora. Non est similiter alexandrū qđ facit semina nigra rugosa vt cūcq; curua z magna sicut git. Sed sinonum ſm Dyascoridez z Plinij facit semina sicut apium et ameos. Unde ſm veritatem sinonum est petrosilinum macedonicum. Quoniam Dyascorides dicit. Sinoni semen est minutum simile apio: sed oblongum et nigrum: gustu calidum z diureticū valde ꝛc. Et dicitur sinonum: quia nascitur in Syria prouincia regionis Macedonie.



Operationes

Capitulum.cccxxxvij.

SInapis. Pandecta capitulo. cxlviij. Ebar del arabice: grece vero z latine sinapis. Sinapis duplex est species. Una est cuius semina exterius sunt subnigra: interius vero alba. Alia cuius semina exteri9 et interius sunt alba. et habent vnā virtutē: sed prima species est acutior secunda: Et compo9nitur sinapis a semi z napus: quia tenet mediū inter sinapim z napum. est calida z sicca in me9dio quarti gradus. ¶Serapion libro aggre9gatoris capitulo Ebardel. auctoritate Dya9scoridis capitulo Ebardel: id est sinapis. Et ē illud eligendum quod non est nimis si ccum nec extenuatum. et habet granum grossum. z si frā9gitur est album interius: z est humidū. nā istud est tale nouū bonum. ¶Idem auctoritate Ha9lieni est calida et sicca in quarto gradu. ¶Aui cenna libro secundo capitulo de sinapi. Sina pis est calida z sicca in quarto gradu.

Operationes

A ¶Serapion. Virtus foliorum est calida vlce ratiua. et propter hoc pungit multum: quādo teritur et miscetur cum radice enule. et dimit9titur super locum per spacium horę. z confert sciatice vlcerose z spleni.

B ¶Et linitur cū eo scabies vlcerosa: z aufert eā: et aufert maculas vnguium. z confert quando radix eius suspenditur in collo habentium do lorem dentium: nam sedat eum.

C ¶Idem auctoritate Dyascoridis. Sinapis virtus eius est calida: z subtiliat z attrahit qñ masticatur. Et quando teritur z miscetur cum aqua: et temperatur cum ydromelle. et fit inde gargarismus.

D ¶Confert apostematibus radicis lingue: z an tique asperitati pulmonis: facto cum eo gar9garismate. Et quando fit cum eo emplastrū cum rebus conuenientibꝰ ad hoc resoluit scro9fulas.

E ¶Et quando teritur z applicatur naribus cō9mouet sternutationem: et confert epilenticis ex citans eos. et mulieri que patitur suffocationē matricis.

F ¶Et confert litargie quando fit emplastrū cū eo super caput: postꝙ feciſti capillos eius ab9radi. et quando admiscetur cum caricis: z po9nitur super cutim: donec rubeat confert sciatice z duricici spleni. et est conueniens proprie do loribus antiquis: quando volumus attrahere aliquem humorem ad exteriora. et quando fit emplastrum cum eo: curat alopiciam.

G ¶Et quando miscetur cum melle et adipe: aut cum cera z oleo dissoluta mundificat faciem: z aufert maculam seu liuorem qui fit sub oculo z coquitur cum aceto: et linitur cum eo scabies vlcerata et empetigo.

H ¶Et qñ teriť grosse z datur in potu confert fe9bribus periodicis. z cōfert grauitati auditus z tinnitui aurium. Et quando teriť z admiscetur cū aqua z melle. et fit inde collirium. confert obscuri tati visus: et pruritui palpebrarum.

I ¶Auicenna. Sinapis incidit flegma: et oleū eius est calidius oleo raphani: et fugiunt ex fu9mo eius vermes venenosi. et illa que est silue9stris generat humorem maluz. Et in ipsa sunt absterſio et etiam resolutio.

K ¶Et hoies quidā comedūt folia eius: z radicē eius elixatā. z mundificat faciē et aufert occul9tationem et vestigia sanguinis mortui.

L ¶Et siluestris est bonum emplastrū sordicici: z excitat linguam: et cōfert alopicie. et resoluit apostemata calida. et oīe apostema antiquū et ponitur cū caulibus super scrofulas. et ꝓfert scabici et empetigini: et confert ad dolorem iuncturarum et sciatice.

M ¶Et mundificat humiditates q̄ sunt in capite: et fit ex ea emplastrū capiti eius qui patiť litar9giā. Et a qua eius distillať ad omnē dolorē au rium z molaris. Et siť eius oleū: z proprie quā do decoquitur in ipsa assa. et est ex medicinis aperientibus colatoriū opilationem.

N ¶Et dixerunt quidam q̄ si bibatur a ieiuno: intellectum efficit bonum.

O ¶Et administratur in alcobol oculi ad pan9num z asperitatem. si teratur z bibatur cū aqua mellis. aufert asperitatem antiquam in canna pulmonis. et extenuat splenem: z facit sitim. et confert prefocationi matricis. et facit desi9derium coitus.


P ¶Plinius libro. xx. Sinapis ad serpētū ictus et scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fun gorum venena discutit.

Q ¶Contra pituitam tenetur in ore donec li que scat: aut gargarisatur cū aqua mulsa. Ad den tium dolorē manditur: ad vuam gargarisatur cum aceto z melle. Stomacho vtilissimū con tra omnia vitia: pulmonibusq̄.

R ¶Excreationes faciles facit in cibo sumptū. Dať z suspiriosis. Sensus atq̄ sternutamēta capitum purgat. Aluum mollit.

S ¶Macer. Inter eas q̄s Pitagoras laudauerat herbas: Asseritur primam laudem tribuisse sinapi. Quartus z gradus in vi sicca calidaq̄. Extrahit humores viscosos: extenuatq̄ Comburitq̄ cutē: vis est sibi tanta calo9ris. Maior vis eius in semine dicitur esse.

Capitulum. cccxxxviij.



Siſelcos. Platea. Siſeleos idē eſt qđ ſiler montanū. Et eſt in.ij.gra.ca. ⁊ ſic. Semē eius medicine competit: ⁊ p annos tres ſeruat. Virtutē habet diureticā diſſolutiuā ⁊ cōſumptiuā. ¶ Pande.cap.dcli. Siſeleos arabice vel aſcegelios: grece ſiſali: latine ſiler montanū. ¶ Sera.lib.aggre.ca. ſiſeleos. auctor. Dyaſco. Siſeleos folia habet ſimilia foliis feniculi: niſi qđ habet lōgiora ⁊ groſſiora et habet haſtā longā: in cuius ſūmitate eſt corona in qua eſt ſemē longū ⁊ latū: habēs angulos ⁊ groſſum acuti ſaporis ⁊ fortis odoris. Et eſt illud quod eſt in vſu ⁊ adminiſtratur in cibis. ⁊ habet radicem longam boni odoris.

Operationes

A ¶ Hal. viij. ſim. far. ca. ſiſeleos ẽm tranſla. ara. Radix huius plante ⁊ ſemē hz caliditatē tantā qđ puocat vrinā forti puocatiōe. ⁊ cū eo virtꝰ

B ſubtilis q̄ confert aſmati ⁊ epilētie. ¶ Et idē eodē lib. ⁊ caplo ẽm tranſlationē grecā. Siſeleos radix quidē ⁊ fructus calefactiuū eſt: in tantū vt ſufficiēter vrinatiuū ſit farmacū. Eſt aūt ex ſubtilibus partibꝰ vt ad epilentias ⁊ orthomis cōpetat. ¶ Et Sera. aucto. Dyaſ. Virtus eius

L eſt calefactiua. ſ. radicis eius ⁊ ſeminis. ⁊ qñ ſumit ex eis in potu puocāt vrinā. ⁊ confert coarctationi anhelitus: in q̄ oportet hominē erigi ⁊ aſmati ⁊ ſuffocationi matricis. ⁊ puocant menſtrua ⁊ expellit fetū. ¶ Et conferunt epilentie ⁊ omnibus doloribꝰ inteſtinoꝝ ⁊ interioꝝ membroꝝ. ⁊ qñ ſumit de aliquo illoꝝ: aut ex vtroq; cū vino in potu confert tuſſi antique ⁊ debilitati digeſtionis: ⁊ tortionibꝰ ventris: ⁊ debilitati epatis. ¶ Et qñ ſumit ex ea cū vino ⁊ pipere ꝑſeruat ⁊ defendit hominē a frigore aeris. ⁊ ꝓpter hoc cōuenit itinerantibus in hyeme. Et qñ homines ⁊ alia animalia comedunt de hac plāta tpe coitus coꝝ: confert eis ſtatim ad impregnādum. ¶ Et idē aucto. Aben meſuay. Eſt cali. ⁊ ſic. in fine. ij. gradꝰ. incidit ⁊ diſſoluit humores flegmaticos viſcoſos ⁊ congelatos. Et ꝓpter hoc aperit vias omnes ⁊ canales opilatiōes. et puocat vrinā ⁊ menſtrua: et cōfert aſmati: ⁊ omnibus egritudinibus flegmatis. ¶ Plate. Contra aſmata ex frigida cauſa datur vinum decoctionis eius ⁊ ficuū ſiccaꝝ. Vel pulus eiꝰ cū ficubus ſiccis ⁊ aſſatis. Contra opilationez ſplenis ⁊ epatis ac renum et veſice ſtranguriā et diſſuriam datur vinum decoctionis eius. ¶ Herba ipſa in vino ⁊ oleo cocta et pectini cathaplaſmata: ſtranguriā ⁊ diſſuriam ſoluit. Sed ⁊ fumigatio facta ex aqua vel vino decoctionis eiuſdē herbe menſtrua puocat. ¶ Auicen. Siſeleos eſt in. ij. gra. ca. ⁊ ſic. reſolutiuū: mundificatiuū: carminatiuū. Similiter ſemen ⁊ radix eius ſunt ſedatiua doloꝝ interioꝝ: ⁊ liquefacit flegma cōgelatū. de ipſo datur in potu animalibus: ⁊ multiplicat eoꝝ partue. ¶ Cōſtantinus in lib. graduū. Siſeleos eſt ca. ⁊ ſic. in. ij. digeſtionē a dūuat: vrinā ⁊ menſtrua puocat. Matricis ſuffocationē curat: ſtranguriā ex frigiditate diſſoluit. Nanclituoſis ⁊ diu ex humido tuſſientibus ſubuenit potata cū pipere ⁊ vino calefacit eos qui in itinere deficiūt et ꝓpter hyemem frigeſcunt.

Capitulum.cccxxxviij.

Siderica. Dyaſcorides. Siderica ſiue heraclea herba habet folia ꝑraſſio ſimilia: ſed oblonga ⁊ aſpera. Haſtam habet quadrā duobus palmis longā: virgas longiores ſtipticas ⁊ in guſtu ſuaues. in quibꝰ ſcz virgis capita obrotunda ſicut verticelli: ⁊ ſicut ꝑraſſū orꝝuntur: et in eis ſemen nigrum inuenit Sub petra naſcitur.

Operationes

A ¶ Dyaſcorides. Folia eius trita paracoleſim faciunt mire vulneribus impoſita. Alia eſt ſydericis que haſtas duobꝰ cubitis habet longas ⁊ teneras. Folia que in ipſis haſtis peſtpiſteri ſimilia ⁊ diuiſa: in circuitu plurimū naſcētia: ſed in viſu tenuia ⁊ longa. In acumine ſo





hastę capitellum habet rotundum ꝛ asperū in q̄ semen blete est simile obrotundū ꝛ durū. Est autem virtutis termātice similis supradicte. Tertium est genus sideritis qō catebras Heracleon dixit. ꝛ nascit in parietib⁹ sicut vitis. Habet folia minuta tenera q̄ multa ex vna radice nascentia coriandro similia. Maius hastę duob⁹ palmis longe molles ꝛ albidiores. feniceos habet flores. ¶ Dyasco. In gustu est muscilaginosa. tritaq̄ vulneribꝰ recētibꝰ paracolesim facit impositā. ¶ Plinius lib. xxv. Panacem heracleon alij siderītē in cubitali scapo ramosum minutioribus q̄ feniculi foliis ab ymo vestitum. Alij fatētur illā quidē vulneribus vtile. sed veram achilleam esse scapo ceruleo pedali sine ramis ex omni parte singulis foliis elegāter vestitam. Alij quadrato caule. marrubij capitibus folio quercus. hanc q̄ neruos precisos glutinare faciūt. Aliam dicunt sideritem nascentem in macerijs. ¶ Cū teritur fedi odoris. sed ꝛ aliaq̄ huic similē. candidioribus tamen foliis et pinguioribus ac tenerioribus cauliculis in vineis nascentē. Aliam vero quincum cubitorum exilibus ramulis atq̄ triangulis filicis folio pediculo longo. Omnes aūt vulneribꝰ p̄cipuos esse. Eam vero ex latissimo folio nostri scopā regiā vocāt. ¶ Idē in li. xxvi. Sideritis varices adalligata minuit. ꝛ sine dolore p̄stat.

Capitulum. cccexxix.

Siliqua. Pandect. ca. cxxi. Ebabarliub arabice. grece xilocaracta vel siliqua vel keracium. vel keraca. vel faba siliqua. latine vaginella. vel carumba.

¶ Serapion li. aggregatoris capit. Ebabarliub. Ebabarliub sapor eius est stipticus cum pauca dulcedine. Et virtus earū que non sunt recentes est siccatiua. Nam que desiccant strin gunt sicut faciunt cerasa. quia humiditas eaꝝ resoluitur. et remanet substantia terrestris que desiccat. Sed arboris earum est virtus desiccatiua et stiptica.

Operationes

¶ Galienus scdo de cibis cap. de siliquis. De siliquis pessime sensi q̄uis digerant et ventrē stringant ꝛ humores noxios nutriant

¶ Et idem in libro de chimis. Est kerachium eduliū pauci nutrimēti ꝛ ligneum ex necessitate et indigestibile. Nullū em̄ lignum bñ digestibile. sed et nō egriceleriter non parum ipsis existit malum. quare melius esset ipsa neq̄ deferri ad nos ex orientalibus locis in quibus nascūtur. Est em̄ cibus mulierum et puerorum efferatorum nihil vtile ad sanitatis conseruatiō


nem:neq; eu stomachus est. Alimētum aūt pa-
la neq; iet ipsum dat pauco corpori. ¶ Et idem
in libro de sim. far. de xilocaracta. Arbor xilo-
caracte que vocatur cētericene est siccatiue z stiq
ptice virtutis:sicut z fructus eius que vocatur
xilocaracta. participans videlicet de dulcedi-
ne quadam. patiuntur autem z hec simile cerasi
humide eīn magis subducunt ventrē. ficce aūt
si sunt magis expirata quidē humiditate:terre
stri autē substantia remanente. ¶ Paulus cap.
de siliquis. Est quoddā genus silique que vo-
catur siliqua caprina:cuius fructus ē sicut mir
tus: z folia sunt tracion. fructus eius est in va-
ginis sicut lupinus:hīs formā faseoli. ¶ Dya-
scorides capitu. de siliquis. Silique recentes
stomachum euertunt. eedem siccitate in cōtra-
rium possunt:cibus earum ad vinam proficit
commouendum. Traditur ad stomachi dolo
rem non leue presidium esse:si in sextario aque
ad dimidium coquantur. Huiq; succus per
dies quinq; continuos hauriatur. ¶ Paulus.
Siliqua caprina sufficienter cancros medet.
¶ Bartholomeus in libro de proprietatibus re-
rū inquit:Siliqua est genus leguminis sono-
ris follibus z vacuis:quod magis onerat q; reli
cit vt dicit glosa super Lucam.xv. ¶ Item sili-
qua dicitur folliculus cuiuscunq; leguminis et
purgamentum ex quo porci nutriuntur. ¶ Isi
dorus autem lib.xvij. dicit siliquon. quam lati
ni incorrupte siliquam vocant. Ideo tale no-
men a grecis accepit:quia est arbor cuius fru-
ctus est dulcis:xilon quippe lignum dicunt li
quon dulce. Et huic sententie cōcordat. ¶ Pli
nius libro.xxiij. vbi dicit:q; fructus silique sunt
predulces z habent longitudinem vnius digiti
et pollicis rem latitudinem:quorum cortex man
ducatur vt dicit. ¶ Idem libro.xx.q; aliqui di
xerunt eam esse ficum egyptium: sed hic est er
ror manifestus:quia in ēgypto non crescit:sed
in Syria.

Capitulum .cccxl.

Sisamus. Pandecta. Semyssen Ara-
bice. grece sisaminum. Latine vero sisa
mus vel iorolena. Serap. li. aggrega-
toris capitulo Semyssem. id est sisamus. au-
ctoritate Halieni. In eo est substantia vnctuo-
sa quantitate non pauca. Et virtus eius est q
mollificat. Et eadem virtus reperitur in oleo
sicut in substantia. et aqua in qua coquitur sisa-
mus habet eandem virtutem.

Operationes

¶ Dyascorides capitulo sisaminum sm tran-
slationem grecam. malum est stomaco. et co-



mestum oris fetorem facit. Et idem sm transla
tionem arabicam. Quando fit emplastrum cū
eo mollit duricies neruorum. Et curat cōqual
siones aurium. z apostemata calida que fiūt
in eis: z confert cōbustioni ignis: et dolori colli
co: z morsui animalis qō dicitur carates. ¶ Et
qñ miscet cū oleo rosarū sedat dolorē capitis:
q̄ fit a calore solis. Et planta sisami qñ coquit
cū vino facit hanc eandē operationē: z cōfert pro
prie apostemati oculi z pulsationi eius. ¶ Et idē
Serapion aucto. Aben mesuay. Oleum sisa-
minum est malum stomacho z destruit eū: z iu-
uamentū eius est illis q̄ hūt melancolicā: z scis-
suras in extremitatibus. Nam bi iuuant multuz
ex cibo eius. et rugas cutis extēdit z mollit eas
z consolidat scissuras que fiunt propter desic-
cationem q̄ sunt a melancolia. ¶ Et dicūt q; si-
samus est ca. in. ij. gra. bu. in. i. z prouocat vomi
tū qñ torrefit z rectificat z melioratur. ¶ Bal. in
li. de cibis capi. de sisamo. Sisamum cito sto-
machum euertit z tarde digeritur: z alimentum
dat corpori vnctuosum. ¶ Rabi Moyses ca.
de sisamo. Sisamus corrumpit cerebrū z mu-
cham: z replet caput fumositatibus. et facit fu-
dorem fetentem. et in mulieribus ventrem au-
get: z ipsum generat berniam. ¶ Auerrois qn
to colliget capitulo de sisamo. Est calidus in
primo vel in principio secūdi. humidū in tertio

¶Auicen.in.ij.cano.Sisamū est semen plurz vnctuositatis qz reliqua semina. Quidam dixerunt qz eius oleum nō nisi melancolicis confert vt eos impinguet z humecret. Et erisimon qō est genus quoddam sisami abominabilis saporis. Corpus eius est folio suo fortius z est ca.in medio primi.humi.in fine ipsius. ¶Est aūt glutinatiuū z lenificatiuū: equalis calefactionis.z similiter oleum eius z decoctio ipsius Est etiā mollificatiuū: z in eius oleo est grossitudo: z qō est torref actū minoris est nocumēti.viriditatē percussionis resoluit.z sanguinez congelatū. ¶Et confert fissurez asperitati melancolicoz bibitum z linitū: z est impinguatiuum.proprie excorticatū.z prolongat capillos z proprie succus arboris eius ac folioz ipsius: ac lenit eos: remouet quoq furfures. ¶Isaac Sisamū ca.est in primo grad.hu.in.ij. Qō sine cortice est vnctuosius est.ideo qz grossius z adurigendum durius. ¶Palla.li.x. In mense septembri serendum est sisamum putri solo vel pinguibus arenis vel terra congesticia. iugere quatuor vel sex sextarios seuisse conuenit.

¶Idez in libro vndecimo. Sisamum vsqz ad pdus Octobris z faselum conuenit seri terra pingui vel agro sterili.



Capitulum.cccxl

Siligo. Isido.libro etymo. Siligo ē genus tritici: a selecto dictū. Nam in pane species eius precipua est.

Operationes

¶Palla.li.xvij. Siliginē dixerim proprie tritici delicias. Candor ē sine virtute ac sine pōdere cōueniens humidis tractibus quales ita lie sunt z gallie comate. Sed z trans alpes in allobrogū tm̄ auernorūqz agro pertinax. In ceteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium est vt grauissima queqz ipsius gratia serantur. ¶E siligine laudatissimus panis ac pistrinarū opera laudatissima precellit in italia.si pisis nate misceatur campana. Rufior quidem est illa: sed candidior pysana. pōderosior aūt cretacea. Iastum est e grano cāpane vel cāpanie qz caltratam vocant: redire sextarios quatuor siliginis ex modio. Iuxta sententiam Catbonis siligo z triticum in apto loco edito seruntur: qui sole qz diutissime torreatur. ¶Serenda dicitur in tenuiora terra q̄ nō multo indigent succo. vt cicerē ac citusum In pingui vero qui cibi sunt maioris vt siliginem ac triticum z linum. ¶Deniqz far z siligo solum sortiuntur cretosum z vliginosum. Siligo nunqz pariter matuescit: nec vlla segetum minus dilationē pariter propter teneritatem: eisqz q̄ maturauere protinus granū dimittentibus. Sed minus qz cetera frumenta periclitatur in stipula: semper habz rectam spicam: nec continet rotā: quin faciat rubiginem

¶Dulcissimus est panis ex Affrica. Ipsaqz spissior qz far. z spica maior eadem z ponderosior. Difficulter exteritur in grecia. ob id dari iumentis ab homero dicta: hec est enim quam oliram vocant. Eadē in egypto facilis atqz fertilis. Far sine arista est. Itemqz. Siligo excepta ea que laconica nuncupatur. Adiciuntur his genera bronos: siligo excepticia z tragos.

¶Sūma siliginis laus bonitate z cribri tenuitate pstat. Et galli quidē e seris equorum inuenere cribrorum genera byspanie lino excussiora et polinaria: egyptus a papyro iunco. Siliginem quidem ex ouis subigunt vel lacte. butiro vero gentes pacate ad operis pistorij genera cura transeunte:

¶Idem in li.xxij. Siliginis grana combusta z trita in vino ammínco atqz oculis illita epyforas sedant. ¶Auicenna. Siligo est species ordei sine cortice: z eius operatio propinqua ē operationi ipsius. ¶Glosa super Lucā. Siliqua est genus leguminis sonoris folliby et vacuis quod ventrem magis onerat qz reficiat

¶Rasis in almasore. Siliqne q̄ in terra bieroso

lymitana nascũtur tpatũ colorẽ bñt ꝛ ventrem stringũt. Que ãt in alijs terris vẽtrẽ fortiꝰ strin
H gũt ꝛ calide nõ sunt. ¶ Pandect. ca. cclxxxix.
Siligo vel germanũ latine. grece tyfa vel sithꝰ
O ara. siligobib. ¶ Bal. i de edulijs ca. tyffa. auc.
Dyoclis ꝛ menesithei ait. q̃ post frumẽtũ ꝛ or
deum meliꝰ q̃dẽ tyfa. i. siligo. Et eni sufficienter
nutrit. ꝛ cũ multo labore digerit. Panẽ aũt assi
due ex eis comedẽs: nullꝰ vtiq; ex inc̃suetorũ
huic edulio sanꝰ erit. neq; oĩno si modicũ est ei
P graue ꝛ indigestibile. semẽ aũt huiꝰ tyfebz qui
dẽ exterius leuã. i. corticẽ. ¶ Et a quibusdã vo
cat puũ frumẽtũ ꝛ eq̃s hãc q̃dã inocue comede
re. nõ improbabilr aũt vtiq; q̃dã nominãt puũ
frumẽtũ tyfaz ꝛ calore ꝛ spissitudine ꝛ calidit ate
O ꝑtus assimilatã ipi. ¶ Et idẽ. vi. sim. far. ca. sy
thus. Sitꝰ siue siligo acriorẽ credo nõ parũ et
cacochimia tũ ex putrefactiõe fiens. Est autẽ in
flatiua. ꝛ ẽ quidẽ bz acre ꝛ calidũ. plimũ vero
R frigidũ aq̃suz acre. ¶ Sera. li. ag. ca. siligo vel
bals. auc. Dyas. Sũt eiꝰ due spẽs. in vna inue
niũtur duo grana ꝛ in alia vnũ. ꝛ qlibet gnũ
in cortice suo. ꝛ illud plus nutrit q̃ ordeũ. ꝛ est
bonꝰ saporis. Panis vero qui fit ex eo mĩꝰ nu
S trit q̃ panis tritici. ¶ Et idẽ auc. Bal. Sub
stantia huius grani est media inter substantiaz
tritici ꝛ ordei quãtũ ad cibũ ꝛ ꝑm medicinã etiã
Et ex hac potest sciri operatio eiꝰ per illud qõ
dicemus de tritico et ordeo.




Capitulum cccxlij

Sisimbrium. Ex sinonimis. Sisimbr iꝰ
um idẽ est q̃ mentastrũ. de q̃ scz ment a
stro dictũ ẽ de m. Pli. li. xx. Sisimbrũz
silueſtre a quibusdã thymbreũ ẽ appellatũ. pe
dali nõ ampliꝰ altitudine. Qõ aũt in riguis na
scitur est nasturcio simile. Utrũq; aduersus oc
cultata efficax est animalia. vt sunt scrabones
et similia. Quod in sicco oritur odoratũ est. et
coronis inseritur. angustifolũ babẽs.

Operationes

¶ Plini. Ad dolorẽ capitis ꝛ epiforas valens A
Alij panẽ addũt. alij per se decoquũt in vino.
Sanat et epimictidas ꝛ vitia cutis in facie mu
lierũ. intra quartã diẽ noctibꝫ impositum. die
busq; detractũ. vomitiones singultus tormina
stomachi dissolutiões cohibet: siue cibo sump
tum siue succo potatũ. Nõ est autem grauidis
edendũz nisi mortuo cõceptu quippe illuz eĩcit
etiam impositũz. Mouet vrinam cuz vino po
tum siluestre ꝛ calculos. Quos vigilare opꝰ sit
excitat: capiti cum aceto infusum.
¶ Pla. Sisimbriũ q̃ dã alij herpilluz vocãt a gre B
sti maius ẽ. Nascit in locis cultis ꝛ aq̃sis. et est
ydiosmo simile. Sz eo ẽ odoratius ꝛ folijs lati
oribꝫ q̃ multi in coronas cõponunt. virtus eiꝰ
termantica existit. strãguirijs medetur.
¶ Et calculos frãgit. hoc maxime facit semen L
eius cũ vino bibitũ. Tortionibꝫ ꝛ suggultiõibꝫ
maxime ꝓstat effectũ. Idẽ nauseantibꝫ opitu
latur. Folia eius cathaplasmis adhibita capi
tis dolorẽ mitigãt fronti imposita
¶ Dyasco. Notum est sisimbrium quod ẽ na D
tura calida in secundo ꝛ sicca in ipso: putre
factionibꝫ resistit. pediculos interficit
¶ Confert apostematibꝫ frigidis. ac flegmoni E
duricie vehemẽtis decoctum cum aceto mix
tumq; cum oleo rosarum.
¶ Cõfert oblitioni ac sensus cõmixtitioni ꝛ li F
targie. quãdo linitur caput ex eo. Cõfert etiam
singultui bibituz cuz vino. ad sodã quoq; fit em
plastrum ex folijs silueſtris.
¶ Confert tamẽ vermibꝫ aſcaridibꝫ ꝛ extrahit G
ferum mortuũ. et prouocat vrinaz proprieq; pe
trosum. Quod aũt est siluestre cum vino bibi
tum. prohibet distellationẽ vrine. ꝛ lapidem ex
trahit. ac ventris doloꝛi pungitiuo subuenit
¶ Actor. Quia sisimbriũ ab autoribus nõ so H
lum dicit mẽtastrũ: sed etiã menta videlicz do
mestica. de ipo etiã inter ortulanas herbas sub
hoc eo nomine dictum supra.




Capitulum.cccxliij.

SIlphio. Plí.lib.xxij. Silphio ex syria venit deterius parthico: sed medico melius. cuius est vsus in medicina. Dyascorides. Silphū radix nota est omnibus cuius lachrymus lazer nominatur.

Operationes.

¶ Plí. Ad lienes pdest radix eiꝰ. Arteriis etiã exasperatis z collectionibꝰ sanguis illinit. Sz in cibis cõcoquit egre inflãmantibꝰ. inflationes facit z ructus: vrine q̃z noxia. ¶ Sugillatis cũ vino z oleo ẽ amicissima: z strumis cũ cera sedis q̃z verruce cadũt eius suffectu crebrior. ¶ Folia eiꝰ ad purgãdas matrices ac pellendos partus emortuos i albo odorato vino decoquit: vt acceptabili mẽsura bibat. ¶ Dyas. Aures acriter calefaciẽs ac vesicã ledẽs. Sꝫ ventrẽ purgãs hec herba sortit calefacit. Virtꝰ eius oino inflãmatiua est: z ꝓpter hꝫ indigestiua est. ¶ Radix eius cocta cũ aq̃ z modico melle potata iuuat ad difficultatẽ vrine. succus eiꝰ cũ lacte resolutus emigrancã curat in aurẽ missus. extrinsecus aũt positus opat amplius. Nascit in syria z armenia z lybia. Cuiꝰ virga splẽdẽ vocata est: ferule silis: folia q̃z bz apio silia: et semen latũ. ¶ Virtus radicis eius termãtica z stomachũ inflat: z ructuationẽ ꝓuocat. Indigestibilis ac vesice ẽria est accepta. ¶ Oleo addito liuores corpis limpidat. Oleo cipruino vel yrino mixta sciaticis humorẽ frigidũ errãtẽ siccat. i aceto cocta z cathaplasmata causas ani

cõpescit. bibita venenis occurrit. Est etiã eustomacha mixta seminibꝰ z origaris nobilibꝰ addito sale comesta. virga eius diuisa est: lachrymũq̃ quod ex se dimisit colligi necessariũ est.



Capitulum.cccxliiij.

SIser. Plinius li.xix. Siser. Tyberiꝰ princeps omnibus annis a germania flagitans nobilitauit. cuius in geldꝫba castello reno imposito generositas est precipua: ex quo apparet frigidis locis cõuenire. Inest ei longitudine neruus Julie auguste quotidiano cibo maxime illustrata. Seritur autẽ et siser z pastinaca vtroq̃ tpe. s. vere et autumno: magnis seminũ intervallis nulla ne minꝰ quaterno q̃ pedum: quoniã spaciose fructificat si seratur: transferre autẽ melius. Idem lib.xx. Siser erraticum simile est sativo z effectu.

Operationes


¶ Plí.li.vtꝫ. Inest cẽ siser lõgitudine neruus q̃ in decoctis extrahit amaritudis magna pte relicta: q̃ multo in cibis tpata etiã in grãz ꝓfit. ¶ Neruus idẽ z pastinace maiore dũtaxat ãnicule. Siser serit mẽsibꝰ his vicz: Februario: martio: aprili: augusto. septẽbri: octobri. Breuior est his: sz torosior amatorq̃ medullo ꝓ se minutissima. Eadẽ ꝓ o dulcibꝰ mixtis saluberrima iuenit grãz plibꝰ modis austeritate victa.

T ¶ Plā z in pollinē tundit arida: liq̄da q̄ dulci tēperat: z decocta postea aut asseruata vel macerata pluribꝫ modis. z tūc mixta de fruto aut subacta melle vuis z passis aut pinguibꝫ cariotis z. lege Plinīū ibidē. ¶ Itē siser sile satiuo: z excitat stomachū. ex aceto lasar piciato sūptū: aut ex pipe z mulso proꝟcit vrinā. z vt opinio credit etiā ventrē. Est z dyacles in snia eadem. preterea cordi qualescentiū q̄uenire: z post multas vomitiones per q̄ vtile. ¶ Heraclides ꝓtra argētūiuū dedit: z veneri subinde offensantē egrisq̄ recolligētibꝫ. Hūc hesius iō stomacho vtile videri dixit: qm̄ nemo tres siseres edendo continuaret. Esse tm̄ vtile cōualescentibꝫ z ad vitā transeuntibꝫ. Satiuiq̄ priuatim succus aluum sistit. ¶ Dyasco. Si sarū est omnibꝫ notū: qō comestū est eustomachū. Radix eius elixa et comesta tollit fastidium: et est diuretica.

D

E

F



a rolga

Capitulum.cccclxv.

Sycla. Aui. Sycla duaꝟ spēꝫ est: quaꝟ vna nigra ꝓpter vehemētiā viriditatis. Altera ꝓ nota est. apō q̄sdā est in primo ca. z sic. Et ꝼm veritatē est ꝓpositaꝟ ꝓtutū: z apud q̄sdā est frī. Nec dubiū ē q̄n in ei9 radice hūiditas sit. In ipa est virtus baurach subtiliatiua z resolutio z aptio. fortioꝟ resolutiōe ac triplicū z lenificatio. In nigra ē stipticitas: z ꝓprie cū ibentibꝫ. Et baurachitas q̄ ē in ipa ē resolutiua: z terreitas ē ꝓstrictiua vl cōtractiua.

Operationes

¶ Aui. Totū elixatū est mali chimi: totū q̄ pui nutrimēti sicut olera reliq̄. Succus ei9 ac decoctio folioꝟ fissuras frigorꝫ ꝓhibēt: z alopicie ꝓferūt. ¶ Lōfert etiā pāno. z q̄q̄ abscidit verrucas succus eius. z interficit pediculos. ¶ Ex ea dē elixata fit emplastrū apatibꝫ ac resoluit et maturat ea. Eius folia decocta bona sūt ignis adustioni. z linita cū melle ꝓferūt empetigini. ¶ Et eius aq̄ cū felle gruis fit caput purgiū: ac delet torturā. Et valet ad vlcera narīū. Itē ei9 aq̄ distillat in aurē: z sedat eius dolorē. ¶ Radix eius est mala stomacho: faciēs nauseā. z ꝑ plurimū ꝓpter baurachitatē ei9 mordificatiuā. ¶ Ad opilatiōes epatis fortioꝟ est aptiōe malue cū sinapi z aceto ꝓprie. ¶ Isaac in dietis particularibꝫ. Sicla quā vulgus appellat blitia ca. z sic. est i prio g. ¶ Illaudabile stomacho nutrimētū gñat ꝓpter q̄ndā sui acumiſ humiditatꝫ multitudinē. Que tm̄ si coquat cū aceto obsomagro. carui oleo onfancino vel amigdalino facilis quidē digestionis fit: ꝫ paꝟ nutrit. ventrē humectat. epatis opilationē apit. maxime ꝓ si de grossis ac viscosis humoribꝫ sit. In aq̄ cocta: z sic comesta fit stiptica. ¶ Actoꝟ de hac quoq̄ sub noie blitī dictū est suo loco in superiori parte huius tractatus. s. de B. ca. c.

A

B

L

D

E

F

G

H

I.



Capitulum.cccxlvj.

STicados arabicū. Pande.ca.lxxvij. Ascukodos arabice. Grece sabadis. Latine yo sticados. Est quoddā arabicū z est illud qđ arabice nominat ascukodos. Et est quoddā citrinū: de qua in sequēti ca. dicit. Unde Sera.li. aggre. facit de sticados duo capitula. Unū de sticados arabico: quod incipit Ascukodos siue ascocodos. z aliud de sticados citrino: quod incipit Sceha. Est autē sticados arabicū calida et sicca in tertio gradu. ¶ Sera.lib.aggre.cap. Ascukodos. i. sticados arabicum. Nascitur z in insula que dr sabadis in regione Balacie. est herba subtiliū ramoum habens comā saturegie similem: nisi folia eius sunt longiora saturegie. z est acuti saporis cum pauca amaritudine. Diasco. capitu. de sticados. Sticados nascit in insulis Balacie circa Galliliam: que insula sticados nominatur. vnde et nomen accepit. Est autē herba tenuis: semen minutū habēs cū foliis siliby thimo: sed oblonga z gustu acriora z subamara.

Operationes

A ¶ Halienus. viij. simpli. farma. capit. sticados. Sticados eius quidē ad gustū amarus sapor est: z stipticans moderate. Complexio eius cōposita est ex frigida terrestri substantia pauca: a qua stipticat: z alia subtili igneа amplioi: a q̄ amaricat. z propter vtrūq; vero de obstruere z subtiliare dicit. z abstergere z fortificare nata est viscera omnia: z totius corporis ambitum. Monstratum eñ est in anterioribus: quoniā quecunq; farmaca composita sunt ex talibus substantijs predictis energias comparantur.

B ¶ Johannes Mesue capit. de sticados. Sticados quod medici laudant est arabicū. et est planta foliorū subtiliū z longorū: habens stipitem subtilem cinericeū. cuius eleuatio super terram est in mensura cubiti. z habet flores assimilatos spicis siliginū: sed sunt breuiores sine semine. Et est calida in primo gradu: et sicca in

C secundo. ¶ Et est compositū ex partibus terreis frigidis vantibus ci stipticitatē paucā. et ex partibus igneis subtilibus a quibus insunt ei acuitas z amaritudo. sed acuitas plus est amaritudine sua: et amaritudo plus est de stipticitate ipsius. propter quod est subtiliatiuū: resolutiuum: aperitiuū opilationū: abstersiuum z solutiuū nature. et est preseruatiuū probibēs a putrefactione. z est ex parte stipticitatis pauce in eo confortatiuū cordis z cerebri z neruoz et visceruū. z boc est esse z proprietas eius. Probibendū est habentibo colerā in stomacho. cōturbat eñ cos inducens sitim z vomitū z estuationem laboriosam. Fā etiā calidā habentibus et siccam complexionē: z qui sunt illi potestate colere. ¶ Ipsum quoq; est ex debiliter soluentibo

D pter qđ miscendum est ei salgemma z mirabolani nigri cū eo aut kebuli. magnificāt eñ operationē eius. z similiter squilla. z proprie in egritudinibus capitis. Et infusum quidē in aqua casei meliorat in cōditionibus suis. z passule sine interioribus similiter sunt ex his que emendāt. silr z salgemma rectificat illud. z proprie ad oēs partes eius septuplū ipsius. z succus pomoz dulcium in decoctionib eius verificat illud.

E ¶ Auicen. li. ij. ca. de sticados. Sticados est planta habens spicā sicut est spica grana ordei sed ei folia sunt breuiora: z in ipso stipites sunt cinericci sicut in epithimo. et est sine semie: acutus cū amaritudine pauca. cōpositus ex substātia terrea: frigida z ignea subtili. calida in prio gradu z sic. in tertio. ¶ Sera. aucto. Gali. Decoctio sticados arabici confert dolori pectoz sicut ysopus. z in cōfectionib medicinaz habz vires acriter relaxantes cū odore suaui. vnde et menstrua prouocat. ¶ Joban. Mc. Fit ex

F sticados arabico z spica z olco veteri oleū bonū iuuatiuū voci. Flores quidē eius decoctione sustinent: plus q̄z folia. solutione educit colerā nigrā z flegma. et mundificat neruos z cerebrum z membra sensuū: et cōfortat ea. z pfert iuuamentū magnū egritudinibus frigidis. et

G boc fm omnē modū vsus eius: siue in potibus: siue in fomētis z lauacris. ¶ Et oleū ipsius cōfortat cerebrū z neruos: z calefacit eos z viuificat. In medicinis aūt sticados si iungat squilla aut eius acetū est medicina bona epilentie et vertigini. z cum lapide lazuli aut salemdo aut alijs valentibus ad ea. Confert melancolie et egritudinib9 tumoris. z miscet ei buglossa aut

H succus eius aut succus pomoz dulciū ad egritudines cordis z melancoliā. ¶ Et eu apozatio decoctionis eius aperit opilationes nariū. et est medicina bona opilationib epatis: splenis z visceq. ¶ Et est sedatiuū doloz qui sunt in

K neruis z in instrumentis iunctura rū z in lateribus fm omnem modū administrationis eius.

L ¶ Et confortat interiora omnia que a frigiditate lesa sunt: et proprie materiali. Et probibet a putrefactione.

M ¶ Et ipsius syrupus z alij modi administratio nis eius sunt medicina bona quartane z febribus lōgi temporis: z proprie flegmaticis. Dosis decoctionis eius est potio a. z. iij. vsq; ad vi. pulueris eius a. ij. z. vsq; ad. v.

N ¶ Auí. Sticados arabicum resoluit et subti-

liat amaritudine sua. z silr eius syrupus aperit opilationes z abstergit. z in ipso quidē est stipticitas pauca z confortat cor z viscera z phibet putrefactionē. ¶ Et eiꝰ decoctio sedat dolores neruoꝝ z iūcturaꝝ z laterū. Et ipsiꝰ syrupus est res magis iuuatiua egritudinū frigidaꝝ z neruis. q̄re oportet vt eo q̄tidie vtaī q̄ neruos hz debiles. et qui ex frigiditate in ipsis patīt. ¶ Et cōfert melancolie z epilēsie. z nocet habēnibus calidā cōplexionē. z facit eū vomere. z est ex eis qui faciūt sitim. z cōfortāt instrumēta vrine. et soluendo educit flegma z melancoliā. ¶ Bal. vero nō dixit hoc esse eius. et vltima quidē potio ipsius est duodecim kesumē cū vino puro z oximelle z modico sale. ¶ Plat. Sticados cali. z sic. virtutē diureticā habet. Vinū decoctionis eius z dragaganti spūalia calefacit. z intestina stomachū q̄ mundificat. valet ad yliacam z ad opilationē splenis z epatis. z cōtra strāguriam z dissuriā. ¶ Lōstan. in li. graduū. Sticados est ca. z sic. in primo. Aperit et attenuat: interiora membra cōfortat. Pectus ac pulmonē oiaq̄ viscera mundificat. ¶ Ex sinonomis. Sticados species due sunt. Arabicū videlicet et citrinū. Q̄n simpliciter ponit citrinū intelligitur. Idem est barba iouis. Sed aliud est iouis barba: sc̄z semperuiua. sicut dictū est in capitulo. lvij. de B. supra.



vulgodē
mā in multa

Capitulum. cccxlviij.

Sticados citrinū. Sera. li. aggre. cap. Sceba. Sceba. i. sticados citrinū: z est absinthium marinum habens minutū semen simile semini plante que dicit abrotanū. et non est ita amara herba sicut absinthium. z habet odorem grauem. Figura eius est in apparentia sicut planta absinthij. et sapor eiꝰ est sicut sapor absinthij: nisi quia non est tante stipticitatis. et calefacit plus q̄ absinthium. z est in ea plus de amaritudine q̄ in absinthio cum pauca salsedine. et calefacit z desiccat in tertio gradu.

Operationes

¶ Sera. Virtus eius est diuersa a virtute illiꝰ Nam nocet stomacho: vnde occidit vermes in ventre plus q̄ absinthium: q̄n apponitur extra aut intus. A

¶ Et idem auct. Dyas. Sapor eius est amarus. et habet grauem odorem. z est herba stiptica. B

¶ Et idem auctoritate Halie. vij. libro epidimiaꝝ. Sceba assimilatur absinthio in figura et sapore. Sed differētia inter ea est q̄ non est stipticum sicut absinthium. z q̄ calefacit plus eo. et amaritudo eius est plus cum pauca salsedine. L

¶ Et idem aucto. Bal. vij. sim. far. capi. sceba. Sceba similis est absinthio fm speciem z fm gūstum. tamen differunt in gustu et virtute. in gustu quidem in eo q̄ cum stipticitate magis calefacit: z amaricat cum quadam salsedine. D

¶ In virtute vero in eo q̄ cum mensuratū est: z magis absinthio interficit lumbricos extrorsum appositum z intra corpus assumptum. Et quidem calefacere in secūdo gradu intense ponendum est id: siccare vero in tertio. E

¶ Galienus. vij. simpliciū farmacoꝝ cap. chrusicos. Chrusicos siue barba iouis siue sticados citrinum vocatur. Chrusicos acrem simul et stipticam preualentem habet virtutem. F

¶ Serapion cap. sceba. Sceba vel sticados citrinum coquitur sola et bibitur: et interficit vermes: et expellit eos cum laxatione leui. Et quando coquitur cum lentibus z bibitur: facit boc. Et pecudes ūnpinguantur quando comedunt eam. G

¶ Et idem auctoritate Galieni. Virtus sceba diuersa est a virtute absinthij. Nam sceba nocet stomacho: et occidit vermes plus q̄ absinthium: quādo ponitur exterius: vel sumit intus Et est calida in secundo gradu: sicca in tertio. H

Capitulum. cccxlviij.



B ¶ Lõtra emoptoicaꝫ passionẽ e vicio spũaliũ dragãtũ ꝛ gũmi arabicũ p̃ noctẽ cum predicto puluere dimitta nt. ꝛ mastix cũ aqua rosarũ cõ ficiat. Indeꝫ pillule formentꝫ q̃s patiẽs sub lin gua teneat: ꝛ paulatim transgluti at.

H ¶ Lõtra dissinteriã itẽꝫ ex vicio superioꝝ inte stinoꝝ puluis sumachi i olla cũ anathasia dat Suppositoriũ q̃z factũ ex illa vel tali puluere ꝛ anathasia cõtra fluxum valet mẽltruorum

I ¶ Contra pruritꝫ oculoꝝ ex calore et humo/ re lauant oculi ex aqua decoctionis eius.



Capitulum.cccclxiij

SApo. Pãdecta. li. decimi. Scabõ. i. for micarũ. lacte sapo. Uñ sapo fit ex fori

ixiuio ꝛ quacunq; pinguedine. Cuius multe sunt spẽs. Est eñ spa tarẽticꝰ: q̃ sic dꝰ eo q; inci dit in spata. ꝛ iste vocat iudaicꝰ: q̃ iudei lauant sericũ. Et ẽ alius gallicꝰ. ꝛ aliꝰ muscatus. ꝛ aliꝰ mollis ꝛ niger. ꝛ vocatur sparatencus.

Operationes

¶ Sera. li. ag. c. Sabon. auc. Pauli. Uirtus A eius est q̃ abstergit ꝛ purificat. et ẽ calida ꝛ vlce/ rat corpus. ꝛ est fortis in ℏ. ꝛ est bonũ ad matu randũ apostemata dura. ꝛ ad rollendũ saniem et ad mollificandum apostemata dura

¶ Et idem auc. Rasis. Est calida ꝛ vlcerat cor B pus. ꝛ est fortis in hac operatiõe. Et si admisce tur cũ aliꝫ medicinis calefacit mediocriter.

¶ Ad apostemata maturãda sapo magnuꝫ p̃ L sidiũ est. tamen cyrurgici caute vtentur ne ni/ mium ante maturationem corrodetur



Capitulum.cccclxiiij



Anacetũ. Dyas. Tana/ cetũ ẽ spẽs artemisie: q̃ ta getes noiat. ꝛ ẽ tenera: se mẽ hñs minutũ. ꝛ vnã ba stã folijs plenã. nascit in locꝫ mediterraneis ꝛ alti oribꝰ: florẽ mellinũ atq; tenuẽ ꝛ iocũdiorẽ. Hec a grecis vocatur tagetes vel tanacetũ. ꝛ aliq̃ eaꝫ

vocant athanasiã. vel fm quosdam thanasiã.

Operationes

A ¶ Dyas. Artheniſia q̃ tanacetũ vel tagetes dr facit ad veſice dolorẽ z ſtrãguriã. ſucco dato cũ vino z.ij. febricitanti ex aq̃ ca. ciatis.ij. potui

B datur hic ſuccus. ¶ Tunſa cũ axungia z aceto coxax dolori medicat̃ ligata vſq; ad tertiã diẽ

C ¶ Ut infantem hilarem facias incende et ſuffumigabis. z omnes incurſiones malorum auertet. et hilariorem faciet infantem.

D ¶ Galie. Oẽs ſpẽs athemeſie ꝓueniũt lapidibus in renibus exiſtẽtib. z ad calefactiões z extractiones ſecundinarum. ergo thanacetus



Capitulum.cccclxv.

Tapſia. Pandecta. ca. dxlvij. Meza bara. id eſt tapſia. quidã dicũt q̃ eſt meze reon. alqui dicunt q̃ eſt clacterium.

Operationes

A ¶ Scõm Sera. li. ag. c. Mezabará. eſt planta q̃ repit in India. cuius cortex exterior hz iuuamẽtum in medicina in doloribus iuncturarum.

B ¶ Et hec quando ponitur in fluminibus inebriat piſces. Et melior ex ea eſt illa que habet ſubtilem corticem. z in ſapore eius eſt acuitas parua. et doſis eius ſimplicis cum zuccaro eſt aureus vnus.

C ¶ Platearius. Tapſia in .iij. gradu ẽ ca. et ſic. q tres annos ſeruat. Radix eius medicinę cõpetit vſui. ſz nũq̃ p ſe debet dari. principaliter educit per vomitum: ſecundario per ſeceſſum

D ¶ In medicinis vomitiuis maxime ponit: ſz teritur. Oportet q̃ terens maxime faciez z oculos cooperiat vt parum aut nihil videat (teſticulos ſq;) quia cito inflantur.

E ¶ Quod ſi aliqua inflatio euenerit infundatur pannis in aceto. et fiat inde partis infrigiditate fricatio. Vel idem fiat cum ſucco et trahit. Virtutem habet humores diſſoluendi. et ad ſuperficiem corporis attrahendi: et in groſſam venoſitatem reſoluendi.

F ¶ Plinius. xxij. Tapſiam vocauere q̃dã ſemẽ ferule eo decepti. q̃ ferula ſine dubio nõ eſt tapſia: ſz ſui generis feniculi folijs inani caule. nec baculi longitudinem excedente. Semẽ q̃ſi ferule. Radix cãdida. inciſa lac emanat. et contuſa ſucco abdicat oĩa venenata. Quippe fodiẽtibus etiam nocet ſiminima aſpiret aura intumeſcunt corpora. faciemq; ignes acri inuadunt. z ob id cerato prius illinũt

G ¶ Quibuſdã in morbis auxiliari dicũt medici pmixtã alijs. Itẽ in alopicijs. ſugillatiſq; ac liuẽtibus: ſeu vena remedia deſint: vt ſcelera contrectent. Sz iſta ꝓtexerũt noxio inſtrumẽto tm̃ q; in pudẽdi ẽ vt venenũ ortis eſſe ꝓſuadeãt

H ¶ Tapſia ẽ in affrica vehemẽtiſſima. Quidaz p meſſes caules incidũt. Et in ipa radice excauant quo ſucc9 cõfluat arefactũq; tollũt. Alij foliũ radicem in pila tundunt. et ſuccum in ſole coactum etiam in paſtillos diuidunt.

I ¶ Idem in libro. xxvi. Ad lichenas vruntur z tapſie radice cum melle trita. anguine et argemonia medetur in vino ſumpta

K ¶ Conſtãtinus in li. gradũ. Tapſia eſt herba ſup terrã ſaliẽs. i. brachiũ. cuius color rubeus ẽ Frõdes hz virides aliquãtulũ coloris plumbo ptinẽtes. Cortex aũt radicis eius ruffus. nigredini parũ attinens. ſed intus ẽ citrinus. Huic cortex medicine cõgruit. Calidus z ſiccus in tertio gradu. Groſſos z viſcoſos humores attenuat et valet ſciaticis ac podagricis flegmaq; viſcoſum vbicũq; fuerit purgat. Miſcetur et medicinis emperiginis. Horpbee atq; ſcabici. colatiuus enim eſt ac mundificatiuus

L ¶ Dyaſcorides. Tapſia victa eſt eo q̃ in tapſo inſula in primo inuẽta ẽ. frutex eſt illi feniculo ſimilis. habẽs folia ſimilia maratro. haſtas tenues in quibus ſingulis ſunt capitella ſicut in aneto. flos aũt eſt niger ſiue mellinus. ſemenq; latum ferule ſile ſed minus. Radix eſt illi alba z maior. corũ habẽs groſſuz z in odore viſcida.

Succus eiꝰ qñ colligit colligēs nō sic ꝛ ventꝰ sitꝰ qz manꝰ ꝛ faciet ebullēt. ꝓꝛ ē ca. ꝛ cat artica

B ¶ Corū radicis eiꝰ ꝛ succū ꝛ lachrymū accepta mulsa superiꝰ ꝛ inferiꝰ boiez purgat. plꝰ tñ iā sto accepta necē infert. Purgatio ipiꝰ dolorez mitigat laterꝫ Asmaticꝫ opitulat his etiā q̄ putridū bñt sputū medicat Est ät vieta eiꝰ cretica eiusq; potio vāda ē escis: aut coturrꝫ admixta. Radix eiꝰ ꝛ lachrymū tätā hz caliditatē vt nullā habeat cōparationē. ¶ Cū succus eiꝰ capiti supunctꝰ alopicias emēdat. ꝛ radix eiꝰ viridis infricata idem ꝓstat. liuores etiam detergit.

A ¶ Succus eius addito libanotide ac cera eq̄li ponderе oīa predicta pōt facere. In quolibet autem loco positꝰ nō debet amplius esse q̄z duabꝰ horis. Sed ante et post loca fouenda sunt aquis calidis lentigines mundat. lepras limpidat. pustulas purgat maxie mixto sulphure veteris lateris aut pulmonis dolores curat Arteticos ꝛ podagricos maxie iuuat. Nudis locis impositus ea vestit. hz fomēto id facit. humores etiam de pfundo violenter extrahit. sic q; dyasoreum facit



Capitulum cccclxvj.

TAmariscus domesticꝰ. Plinius. li. xvi. Tamarix ē arbor crassissima bñs folia nūq; decidētia. ¶ Idē li. xxiiij. Tamarice arbitrāt q̄dā esse myrice. ¶ Aui. In tamarisco est stipticitas ꝛ apertio ꝛ mūdificatio absq; vehemēti exsiccatione. Et eiꝰ aqua ē absterssiua ꝛ desiccatiua. cuius absterssio plus ē eiꝰ exiccatione. et eius exsiccatio est cū stipticitate. hz fructus eius vehemētioris est stipticitatis. In tamarisco quidē est subtilitas pauca. ꝛ quandoq; administratur loco eius viridis galle

Operationes

¶ Auicen. Eius decoctio emendat ad pediculos: ꝛ interficit eos. Et eiꝰ folijs fit emplastꝝ sup aſpata fluxa. Et iusq; fumus variolas explicat ꝛ vlcera būida. q; ex eo tritū ē. ꝛ eiꝰ cinis spargit sup adustionē ignis. Fructus eiꝰ ꝛ cinis vlcera difficilia exsiccāt: ꝛ carnē additā corrodūt A

¶ Decoctio foliorꝫ eiꝰ cū vino ꝓfert dolori dētiū. ore ex eo colluto; ꝓhibentq; corrosionē corꝓꝛis fructibꝰ. Iterū eius fructus stat loco galle et licq; in egritudinibus oculi B

¶ Confert itez antiq̄ sputo tamariscꝰ. ꝛ ꝓꝛie fructus eius. Rami eius in aceto dissoluti conferunt splenі. emplastro ex eis facto. ad splenez q̄z bibitū vinū i q̄ decocta sūt folia eiꝰ ac ꝗgulta. ¶ Et ex eius ligno faciūt sibi splenetici vasa. Denicq; cōfert solutioni antique ꝛ ad fluxuz matricis. sedetur q; in eius decoctione. Bibitur q; fructus eiꝰ qui etiam confert morsui rutele. Platearius. Tamariscus ca. est et sic. C

¶ Vinū decoctiōis eius valet ad opilationem splenis ꝛ epatis: stranguriā et dissinteriā. Est eñ diureticuz. Puluis eius in cibis positus ad eandē valet. Frequens eius bibitio in vase tali valet ad idē. Cortex maioris est efficacie D


¶ Padecta. li. lxxix. Athel vel tharmezit Ara. Bre. nadahar. Latie ꝓ tamariscꝰ domestica E

¶ Sera. li. ag. c. Athel. i. tamariscus domestica. ꝛ est arbor multū lōga vsq; ad celū dura recti linea. folia eiꝰ lōga subtilia stricta. ꝛ nō hz spinas. ꝛ ex ligno eiꝰ fiūt parapsides ꝛ incisoria et vasa alia. ꝛ ipa ē magna athel. ꝛ grece vocat nadabar. Et oēs arbores ex q̄bꝰ fiunt vasa huiusmodi noiant nacha: sz ē athel aliq̄ntulū arbor rubea quasi coloris scorpionis. F

¶ Et idē auc. Dyas. Athel ē silis tamarisco et est in babilonia. ꝛ a q̄ infusiōis eius ponit i sief. que administrātur habētibꝰ debilitatem visus G

¶ Et idē auc. Hal. Athel ē spēs tamarisci. et ē arbor q̄ magis vēto agitat q̄z arbor tamarisci In sapore eiꝰ ē stipticitas ꝛ nō habet florez: et hz fructū rotundū sicut cicer: habētez colorē cinericiū ad glaucedinē tendentē: intra q̄ sunt grana pauca inuicē cōglobata et ūcta. que nominantur grana dulcia. Colligunt in mense Februarij. ē calida et sicca in primo gradu. Virtu H

tes illius inuenies in ca. proximo sequenti



Capitulum cccl̄xvij

TAmariscus agrestis. Pandecta. c.cxx. Lasa arabice. Bre. mirica vel bruca vel mirthi. Latine vero tamariscus. Ubi sciendū q̄ tamariscus quedam est masculus. et est Athel. de quo in precedenti capitulo dictū est. ꝛ vocatur similiter tamariscus domestica. ꝛ quedam est femina. ꝛ est illa arbor quam cōmuniter nos vocamus tamariscus. ꝛ illa vocatur similiter tamariscus agrestis. ¶ Sera. lib. ag. ca. de casa. Casa. i. tamariscus agrestis. ꝛ ē arbor erecta que nascit in aquis. ꝛ habz fructuz qui assimilat floribz. ꝛ est similis i fluxibilitate sua vsnee. ꝛ illa species vocat ab aliquibz bruca Est in babilonia ꝛ in seni. Alia tamariscus q̄ ē domestica que nominat termezit. siue athel. et assimilatur agresti in oīnibz preter hoc in fructibus in longitudine. quia fructus eius est rotūdus similis gallis dentatis ꝛ est stipticus: ꝛ ponitur loco gallarū in medicinis. Et sciendū q̄ est arbor quā ipse nominat in precedenti capitulo. de qua dicit q̄ est arbor magna vsq; ad celū: que vocat athel ꝛc. ¶ Halic. vñ. sim. far. ca. de tamarisco agresti. In sapore eius ē stipticitas. et est virtus eius q̄ incidit ꝛ abstergit. sed foliorum eius et radicis ꝛ ramorum subtilitas est plus subtilitatione fructus eius.

Operationes

¶ Sera. auct. Dyas. Radix tamarisci ponit pro gallis in medicinis oculorum ꝛ oris. ꝛ est conueniēs sputo sanguinis. ꝛ potatur in fluxu antiquo. et confert veteribus. ꝛ illis quos momordit rutela. A

¶ Et q̄n fit emplastrū cuz ea diminuit apostemata flegmatica. et cortex eius opat sicut fructus eius nec plus nec minus. ꝛ folia eius cocta cuz aqua ꝛ bibita ipa aqua extenuat splenem B

¶ Et quādo fit cū ea collutio oris confert doloribz dentiū. ꝛ ē cōueniēs mulieribz hātibz fluxum humiditatū q̄n fit sessio in decoctiōe eius ꝛ p̄dicitur decoctio eius sup illos in quibz generātur pediculi ꝛ lendines. ꝛ iuuat multū. Linis ligni tamarisci quādo supponitur confert habentibus humiditates matricis. C

¶ Et idē auct. Melsarugie. Linis eius desiccat oia vlcera. ꝛ p̄cipue illa q̄ fiūt ab adustiōe ignis. ꝛ p̄fert apostematibz frigidis q̄n fumigat cū eo D

¶ Et dixit mihi homo fidelis q̄ fuit quedā mulier sup quā apparuit lepra. ꝛ datū fuit ei de decoctione radicis tamarisci cū passulis sepe: et curata est. Et nos quidem experti fuimus in muliere alia. ꝛ curata est. ꝛ Bsuit: q̄ egritudo eius prima fuit apostema in splene. ꝛ ppter opilationem eius: que quidem fuit causa nō attrahendi melancoliam. ꝛ nō mundificandi vel clarificandi sanguinem. ꝛ fuit causa apparitionis lepre sup eam. Quando ergo resolutū fuit apostema et opilatio ppter operationē istius medicine in eo q̄ fuit de natura sua incidere ꝛ abstergere. reuerse sunt ad earum sanitatem E

¶ Et idem auc. Bal. in li. suo ad Glauconē q̄n scripsit ei signa apostematis duri in splene: q̄ melior medicina eius est cortex radicis cappa-ris et scolopendrie ꝛ cortex tamarisci. ꝛ summitates eius si coquantur in aceto F

¶ Hal. vñ. sūm. far. Q̄n cortex tamarisci coquit cū vino cōfert splenī duro. ꝛ expellit dolorē dētium. ꝛ in fructu eius et in cortice ē stipticitas nō pauca quouis q̄ virtus eius est ppinqua virtuti gallarū viridiū. nisi quia in gallis vilis viridibus manifestatur stipticitas solum. G

¶ Complexio fructus eius tamarisci est complexio inequalis. ꝛ possumus ei vti pro gallis. et cinis tamarisci quādo comburitur habz virtutem desiccativam desiccatione forti. ꝛ est in eo abstersio ꝛ incisio. H

¶ Et idem in eodem li. ca. de mirica. Mirica ꝛ tamariscus abstersiue ꝛ incisiue ē virtutis absq; q̄ siccet manifeste I

K ¶ Plinius ca. de tamariſco. Tamariſcus domeſtica habet virtutē eandē ſicut ſilueſtris niſi q; ē magis ſtiptica z min9 incisiua z abſterſiua.



Capitulum.cccclxviij

TAmarindi. Pandecta ca. dclxvij. Tamarindi arabice z latine. Grece oxifonitia. Sera. li. ag. c. de tamarindo Naſcitur multum ex eis in ceſaria et in terris bamen et folia eius ſunt ſicut folia ſalicis. z defertur ex terris Indie. Et eſt fructus coloris rubei. z hz medullā plurimam plus q; xilocaracta. crocei coloris ad nigredinē tendēs. et habet melleitatē. z eſt illud quod ex fructu adminiſtrat poſtq; egrediūtur grana eius. Et meliores tamarindi ſunt noui: recētes: nō aridi. ſaporis acerrimi Et virtus eoz eſt fri. z ſic. in tertio gradu

Operationes

A ¶ Virtus ei9 ē q; laxat colerā et repmit acuitatē eius. z abſcindit vomitū. z aufert puritū. z doſ aq; eoz poſtq; decoquūtur ē. lb. f. z aufert ſitim

B ¶ Et idem auct. Deſuay. Eſt fri. in. ij. mollit ventrē. z eſt ſicut pruna. niſi quia eſt ſubtilioz z minoris humiditatis.

E ¶ Paulus capitulo de Tamarindo. eſt frigida et ſicca in ſecundo gradu.

D ¶ Aui. de viribz cordis dicit: q; cōfortat coz.



A

B

Capitulum.ccclxix

TApſus barbatus ſiue Tapſus barbaſſus latine. gre. flōmos. arabice buſuri. Dyaſ. c. flōmos. Flōmos. i. tapſus barbaſſus. duo ſunt eius genera. maſcul9 z femia Una eſt alba ſcz maſcul9. alia ē nigra ſcz femia Maſcul9 aūt folia hz oblōga z angusta. z baſtam tenuē z ſemē tenue. Femina vero hz folia cauliculo ſilia: ſz aſperiora z latiora z baſtā lōgam cubito vno albā z aſperā. flores viridēs z albos. z ſemē nigrū. Radix eſt illi dura pollicz groſſitudinē habēs: naſcitur in cāpis. Eſt alia flōmos agreſtis ꝙ gas hñs lōgas in ſe z arboroſas. z folia ſalue ſilia circa ꝙ gas ſuas. flores ſuos habet auroſos aut mellinos ſicut praſſiū ſed folia ſunt illi aſpera circa terrā z obrotūda Et alterū genus flōmos q; lignitus dr: aut trifallis. folia habēs tria aut quattuor aut plura. pinguia et aſpera et groſſa. quibus multi in lucernis vtūtur. ¶ Balie. viij. ſim. far. ca. flōmos Flōmos. i. barbaſſus. quedaz eſt folijs alba q; dā vo nigra. Et alia alba q; dē eſt maſcul9: cuius folia ſunt ſtrictioza. Alia vero femina cui9 folia ſunt maioza. Et vltra has eſt alia flōmos agria. i. barbaſſus ſilueſtris nūcupata auriferz eſt floribz radix pōtica cuius guſtu. ¶ Plin. ca. flōmon. q; latini barbaſſum vocāt: fri. z ſic. cō plexōis ē. q; altera ē maſcul9 albidioribz folijs atq; angustioribus. altera femia folia latioribz

arcę nigris. Est aliud genꝰ qđ latini herbā lucernalē vocāt: ab eo qꝺ ex ea lucē faciūt. vñ z lucibros eam vocat: eo qꝺ lucē ꝓbeat vmbris.

Operationes

A ¶ Dyaſ. Radices oīs gñis sunt ſtiptice fluxuz vētris vnīno dꝰ ipaz. datꝰ cū vino ſtringit. elixatura eaz bibita cōquassatiōes z dolores laterū tollit. tussim mitigat. ¶ Dolorē dentium
B gargarisino adhibita ꝓpescit. flōmos ꝓo q̄ florēbz auroſaz capillos inficit. Folia eiꝰ cocta i aq̄ z vt catha plasma ipoſita duricies z tumores oculoz ſolnūt. maligna vulnera melle z vino addito ad sanitatem ꝓducūt. ¶ Aceto ꝓo mixto
C vulneribꝰ recētibꝰ singlare ꝓſidiū ē. pūctū ſcorpionis mitigat. Agreſtis flōmos folia cōbusti oni opitulāt. Folia eiꝰ q̄ ōz feia cū caricis cōpoſita memoratis cancris putredinē nō admittit
D ¶ Galie. Radix eiꝰ fluxibiles paſſiones iuuat. Gargariſan aūt eā in oze quidā ad dentiuz dolorē. folia ꝓo dyaforetice ſūt ꝓtutis. flores eiꝰ capillos purificāt. omnīū effi ſo. ſiccatiue z moderate abſterſiue ſunt ꝓtuz. ¶ Pli. Fomētatō facta ex vino decoctōis eiꝰ valz ꝺ emorroidas
E ¶ Ad idem valet ſi anus ex eo tergatur poſt aſſellationem. ¶ Valet etiā ad tenaſmonē eucatilina ex aqua decocta. z cōtra fluxum ventris



Capitulum.cccclxx

Terentabin. Pandecta. dclxxviij. Tereniabin. Tereniabin q̄dā dicūt. qꝺ ē māna. Ez falso ipmo est vt mel albū bñs saporē manne.

Operationes

A ¶ Sera. li. ag. c. tereniabin: Tereniabin. i. mel roſaz. vñ ē ros cadēs de celo. z assimilat melli granuloso z aggregato groſſis graniculis. z ē nomīa tū mel roris. z plurimū cadit sup arboB res q̄ sunt in terra cozaſceni z in oziēte q̄ arbores bñt folia z ſpinas virides z flores rubeos. z nō faciūt fructū. z cadit in ea ſtella sup ſūmitates palmaz. ¶ Et ꝓtus eius ē equalis molliſi
B catiua vētris: z ē humectatiua pectoris. z cōuenit calidis naturaliter. z ꝓpie q̄n ſoluit in aqua Juubaz z prunoz. ¶ Et est ex eo melius albū
C et nouū. z doſis eius ab aureis decē vſq̄ ad viginti aureos. ¶ Et idem auc. Habix. Sedat
D inflationē febriū calidarū. z aufert ſitim. z mollit vētrē mollificatione mediocri. z educit coleꝛā cū facilitate. Et melius ex eo est albū nouum.



Capitulum cccclxxj.

Terbentina. Pan. c. cix. Botin arabice Bre. terebitū vl' albotin. Iatie ꝓo arboꝛ gm viridꝫ. z ē arboꝛ vñ emanat t'bētina

Sera.li.ag.c.botin. Botin ē duaꝝ speciꝝ.domestica ꝛ siluestris. Domestica. s. arbor terbēti na ē botin fm veritatē vel terebintū.ꝛ ē capin9 cui9 lacrimus ē terebintina.ꝛ ab ea ortk pix ꝛ ra sa.ꝛ fructꝰ ei9 ē granū viride.ꝛ siluestris est len tisc9 arbor i mōtib9 nascēs. Et dixit mihi quidā arabs. Lētisci arbor ē sicut arbor glandiū mag narū: nisi qꝛ ē pulcrior sūmitate. scz qꝛ sūmitates ei9 sunt ad rubedinē declines.ꝛ sunt folia lenia et fructū facit in racemis sicut botr9 magnitu dinis granoꝝ granatoꝝ siluestriū. et qñ matu rant fructꝰ tūc sunt rubei.ꝛ folia ei9 silr rubes cūt ꝛ qñ fructꝰ pfecte maturāt sūt vt plurimū ni gri. Sciēdū qꝫ ista arbor lētisci ē arbor q̄ grece vocat scin9.c9 gāmi ē mastix. sicut apparet in lra mastix. folia ei9 sūt sicut folia sorbi.ꝛ odor eius ē odor stinci. Hā stinc9 vocat plāta quā nos re gnicole vocam9 lētiscū: incōgruē tñ. ex c9fructu extrahit oleū de stinco. Scz scin9 ē vere lētisc9 ꝛ ē botin siluestris Hal.viij.sim.far.c. de lētisco Echin9. i. lētisc9. fruteꝝ hic ex aqsa suba remissi calida ꝓpter ꝛ terrestri fri. non multa cōpositā propterea etiaz stiptica t moderate. siccat ergo in .ij. gradu iam completo vel .iij. incipiente. ꝛc. Dyas. c. terebinti scz domestici. folia semen et corium stiptica sunt simili diligentia colligun tur sicut scinus. Semen eius cacostomacuz ē Est enim calidum ꝛ diureticum.

Operationes

¶ Dyas. Terebintū domesticū vētrē stimulat. Uino mixto morsib9 occurrit. eius resina eligē da ē alba ꝛ limpida vitreū hñs colorē ꝛ odorē terebinti retinens. vtilior est omnibus resinis. secunda post istam resinā vtilis ē resina scini.


¶ Tussi ꝛ ptisicꝰ medicat more electuarij melle addito toracis vicia cōpescit. ventrē mollit eru gine cāpane ꝛ ere vsto. ꝛ calcāto vel nitro adiūcto lepras corpis purgat. Pus auriū melle et oleo mixto detergit. pruriginē nature non ad mittit. ¶ Profūdas plagas ꝛ vulnera replet. ꝛ purgat malaxātib9 medicaminib9 necārie mis cet. Dolorē lateris phibet resina molli. i. pituita ꝛ colofonia q̄ ex loco nomen accepit. hec vt electuariū data tussi medent. oēs resine nō sunt vni9 coloris. Hā aut albe sunt. aut mellinū ha bēt colorē. sit em̄ resina liq̄da de cipresso. duriores vero resine sunt strobilina. pescilina. pituina. et elatina. ¶ Eligēda ē q̄ fuerit odorata vl limpida et nō liq̄da valde: sz vt cera sit. et non valde fragilis. Melior est omnib9 pituina et elatina. quia odorate sunt et thuris habēt odorem. pescilina vero ꝛ strobilina ꝛ cypressina a nimiam in se habent virtutē. Hā scinina est silis terbētine. et id operatur vt terbentina.

¶ Jn̄. Terebintus est arbor generans resinaz omniū resinaꝝ ꝓstātiorē. ¶ Ambro. Si terebinti fructꝰ aq̄ misceat olei more facile transfūditur. ¶ Glosa sup primū Regī. cviij. Terebintus ē arbor de q̄ resina lacrime ꝓstātissime manat. vñ medicialis ēdustria dissoluta cōglutinat. ¶ Glo. eccl. Terebintꝰ ē arbor breuis ꝛ fructuosa. nascit in syria crassissima ē plenior q̄ illa q̄ de cortice erumpit. Dui9 arboris masculę sine fructu sunt. Femiaꝝ duo sunt gña. Alteri9 fructus rubet lētis magnitudīe. alteri9 pallet. nec faba grandior. odore iocūdior. tactu resinosus.

¶ Plī. li. cij. Jn cocco insula nasci creditur terebinti. florē imbrib9 decussū terre halitu animāte. ¶ Jdē li. xiij. Syria terebintū hz. ꝛ ex his masculā sine fructu ē. sz in macedonia breuis ē arbor hecatz fructicosa. i damasco sirie magē.

¶ Jdē li. xiiij. Terebinti bacce aut lignū recēs in musto decoquūt. siccaz vinū efficitur. ¶ Jdē li. xvij. Resinā terebintinā (vt fiat pix spissa) in feruenti sartagine ponūt: ꝛ hāc ceteris ꝓferunt vt fiat pix in syria terebinto cortices detrahūt.

¶ Idem li. xviij. Terebinti folia ꝛ radix collectionibus imponūtur. decoctū coz stomachum firmat. Semē in capitis dolore bibit in vino. ꝛ cōtra difficultatē vrine ventrē leuiter emollit. vētrē excitat. Terebinti folia semen ꝛ coriū stiptica sunt. Semen eius cacostomachuz. ē Est em̄ calidum et diureticum



Capitulum.cccclxxiij


Teda. Actor. Teda est arbor picea flãmis ac luminibus apta. Ob quaz causam vt estimo transumpto nomine lãpades siue faces dicuntur tede.

Operationes

A ¶ Plinius libro xvi. Sextum genus arborum piceum gignentium est teda proprie dicta. abundantior succo q̃ reliqua. partior liquidiorq; q̃ picea flammis ac luminibus etiam sacrorum grata. Banc mares dumtaxat ferunt. et eam quam stacten greci vocant odoris grauissimi.

B ¶ Laricis morbus est vt teda fiat. hec autem scilicet teda (sicut et alia genera que piceum ferunt) accensa fuligine in modica repente carbonem cum eruptionis crepitu expuunt. iaculantur longe. excepta larice. que nec ardet nec facit carbones. nec alio modo vt ignis consumitur q̃ lapides.

¶ Pix liquida in europa e teda coquitur muniendis naualibus: multosq; alios ad vsus lignum eius concisum (furnis vndiq; igni et tracto circumdato) ferro vt in primis sudor califluat aq̃ modo. hoc in syria cedrum vocatur. eaq; in egipto corpora hominum defunctorum perfusa seruantur. In teda cum humor manare desinit ex alia parte cortex similiter aperitur. ac deinde alia. Postea vero vt pix eliciatur. arbor tota succiditur: et eius medulla vritur. Montes amat teda et larix sicut et cedrus.



Capitulum.cccclxxiij

Tilia. Tiliam vocatã dicunt. eo q; vtilis est ad vsum telorum nitore z leuitate iaculandi. Est eñ id genus materie leuissime ad sculpturam vtilis.

Operationes

¶ Plinius li. xvi. In arbore tilia differũt mas et femina. Nam et mari materies dura ruffior atq; nodosa: sed odoratior. cortex q; crassior ac detractus inflexibilis. Hec fert semen nec florẽ vt femina que crassior arbor est materie candida precellẽsq;. A

¶ Est autez mirũ in hac arbore fructũ a nullo attingi animaliũ foliorũ eñ corticisq; dulcẽ esse succum. Inter corticẽ et lignũ tenues habet tunicas multiplici mẽbrana. e quibus euocãt tilie vincula. Tenuissimũ habet corium phillire coronaz lemnitis celebres antiquoz honore. B

Materies teredines nõ sentit procritate perquam modica: sed vtilis. Cortex est tilie in vsu magno sicut abieti z fago.

¶ Cancbrin etiaz gignitur in tilia. vicz pillula vim vrendi habẽs in medicina. de qua dictum est supra. Montes z valles diligit tilia sicut et abies et castanea. Mirũq; quod euenit tilie vlmo quoq; euenit. Circũaguntur eñ folia earũ post solsticium. nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum. C

¶ Idem Plinius. Tilia est arbor nobilissima eademq; videtur et calidissima. Corticem tenuem habet. z paulo ante equinoctiũ vernale germinat sicut acer lentissima. Et ideo securis faciẽdis aptissima quarum plaga se protinus contrahit. Vulnusq; suum claudit. z ob id contumatius ferrum transmittit. in quo genere sunt tilia et sambucus ficus et salix et populus. D

¶ Idẽ in libro xvij. Tilia cerasus et vitis corticem mittunt. sed non vitalem corpori proximum. verum eum qui alio subnascente ei pellit et quibusdam vt platanis est cortex rimosus. Tilie vero renascitur paulominus q̃ totus. E

¶ Idem in li. xvij. Solsticium estiuale folia tilie vertit ad mille vius petende. et est conspicuus sideris signum. F

¶ Idez i li. xxiij. Tilia lepras sedat. Cortex potus in aqua frigida aluũ purgat. Imponitur et collectionibus lacrima et vulneribus ambustis. Humor in folliculis huius arboris nascẽs cutis nitorem inducit. faciemq; gratiorem prestat. Cauliculi foliorum primo vino decocti rumores sanant. Ex libro de naturis rerum codẽ modo habetur: licet sub aliis verbis. G



Capitulum.cccclxxiiij

Tritimall⁹ latine Arabice xencua. Serapio li.ag.ca.xencua.auc. Dyas. Xencua.id est titimallus. Et sunt eius septem species. Quaꝝ vna dicitur arabice baraſmas. Grece vero caritias vel comites vel cosmos. Et est masculus habēs virgas quaꝝ lōgitudo est plus vno brachio. In quarum colore est rubedo plena lacte albo acuto. ꝛ folia super virgas ipas: similia foliꝭ olive. nisi qꝛ sunt lōgiora ꝛ strictiora. ꝛ radix ei⁹ est grossa aspera ꝛ in summitatibꝰ illaꝝ virgarum sunt come similes iunco. ꝛ in summitatibus illarum coma rum sunt capitella similia capitellis illius speꝛcici. que dicitur nominalis. ꝛ in illis capitellis est semen. Virtus eius est laxatiua. ꝛ ista ē camelea. Et ē alia species q̄ noiatur arabice. ꝛ grece carsites: et est femina. ꝛ est similis plante que ōr dido medas. et habet folia similia foliꝭ mirti: nisi quia sunt maiora ꝛ strictiora ꝛ duriora. et sunt fetidi odoris. ꝛ habet acutas summitates sicut spinas. ꝛ habꝫ virgas egredientes ab vna radice lōgas circiter palmū vnum. ꝛ habet qō profert omni anno simile nuci. Et ista nux dicitur vomica. et mordicat linguam mordicatione fort. Et nascit loꝯ asperis. Virtꝰ autē istius est similis virtuti prime: nisi quia cōmouet et eius vomitum ꝛ prima. et ista est femina. et est ista species laureole. Et est species alia que dicitur arabice. ꝛ grece paralios. ꝛ eius expositio ppria maxime est illud quod nomināt homines migatb et cansomias: nascitur in maritimis locis. ꝛ habet ramos quinq; aut sex aut septem ex vna radice. quorum longitudo est circa palmuꝫ vnum rectos: quorum color tendit ad rubedinem exeuntem ab vna radice. In quibus sunt folia parua ꝛ stricta ꝛ oblonga. similia foliꝭ lini. in summitate ramorum sunt capitella amigdalata rotūda. in quibꝰ est semē orobo similе coloris varij. et sunt ibi flores quoꝝ color est albꝰ. ꝛ est tota planta lacte plena. ꝛ ista vocat lactie equala. Est spēs alia q̄ arabice vocat elyostropos. grece elyoscopus habet folia similia portulace. nisi quia sunt subtiliora ꝛ rotūdiora. et q̄tuoꝝ habꝫ ramulos aut quinq; egredientes ab vna radice. longitudo quoꝝ est circiter palmū vnū. subtiles ꝛ rotūdos rubeos et plenos multo lacte. ꝛ habet in summitatibꝰ ramoꝝ coronā similē corone aneti: in qua est flos et semen est ei circa folia. qui ad cursum solis cōuertitur cum eius reuolutione. Et propterea dicitur elyostropos: et eius expositio est aspiciēs solem. Nascitur in ciuitatibus plurimum et in cauernis iuxta muros. ꝛ iste cōmuniter vocat a latinis titimallus paruus. Unde dicitur titimallus a tima qō est sol. et mallos qō ē coma. qꝛ titimallus vertit suas comas ad solem. Et ē alia spēs que dicit ciparissias. habet virgas fere vnius palme longas aut plus quarum color ē rubeus. in quibus oriuntur folia similia foliꝭ pini. que dicitur calicaris. nisi qꝛ sunt molliora et subtiliora ꝛ minora. Et vniuersaliter sunt similia eis in principio sui ortꝰ. et pterea sic nominat hec plāta: et est plena lacte. Nascit in locis lapidosis et siccis. Virtꝰ eiꝰ est silis virtuti aliarū. Est alia spēs: et ē illa q̄ nascitur intra lapides et ōr dendrodes. habet multos ramos. et color ramoꝝ est rubeus: et super summitates ramorum sunt folia mirti similia. subtiliora et longiora parum. et habet semen simile semini illius speciei que dicitur caricias: et modꝰ operationis et virtutis eius et forma repositionis eius est sicut dictarum specierum. Est alia species que dicitur planta silos. que habet folia similia foliꝭ plante: que dicitur flē mos. et radix eius et flos eius et lac eius laxat aquosuz humorem. ꝛ quando teritur et pōcitur in flumine vel stagno occidit pisces. Et etiā species supradicte totū lacticinioꝝ quas supra diximꝰ faciūt hec. Est alia species lacticinij q̄ dicit pithias silis speciei q̄ ōr cyparissias que potest reponi cum

supradictis septē speciebus titimalli. ꝛpter ꝙ posuerūt illā inter species titimalli. habet virgas longitudine vniꝰ brachij similes virgis lē risci. nisi quia sunt lōgiores. ꝛ plene nodis. ꝛ foliā bz stricta ꝛ acuta in summitate similia foliis pini. ꝛ propter hoc sic nominatur. ꝛ habz flores magnos ad longitudinem tendentes. quorū color est purpureus. et habet semen depressum simile lenti. ꝛ habet radicem magnam albam ꝛ grossam in qua est multum lac.

Operationes

A ¶ Galie. viij. sim. far. ca. de Titimallo ſm translationem arabicam. Virtus omnium illorum lacticiniorū est ca. et sic in quarto gradu. Virtus titimalli est laxatiua. ꝛ laxat flegma et colera. et prouocat vomitum.

B ¶ Galienus eodem libro ꝛ eodem capitulo ſm translationem grecam. Omnes quidē habēt acrem ꝛ calidam virtutem predominantē. Inuenitur autem amaritudo in eis fortissima. ergo omnium est opos et frondes.


C ¶ Participat vero et radix predictis virtutibꝰ sed non equaliter. Ipsa autem cocta cum aceto dentium dolores ꝛ maxime quicunqꝫ corrosis ipsis fiunt curat. Opos vero fortiores habet virtutes ad foramen dentium. ꝛ alias ptes corporis mor. vlcerat extrinsecus emplastrata est enim et quarto gradu calefacientium. que causticorum diximus esse.

D ¶ Ita autem et pilos aufert perunctos opos quia vero fortis est miscetur oleo. ꝛ si multotiens hoc fiat tandem radices pilorum perimat. et nudum eis fit corpus

E ¶ Secundum eandem autem virtutem acrocordines ꝛ formicas et prerigia ꝛ tylos tollit. Abstergit autem ꝛ empetigines ꝛ scabies. eo ꝙ abstersiua et adest virtus propter amaritudinem et sagedenica. et vlcera carbunculosa ꝛ cācrosa. quoniaꝫ calefacit fortiter et abstergit. Juuare nata est si quis in tempore et mensura conuertatur. Atuero et fistularum tylos eadem virtute curamus

F ¶ Hec omnia operantur omnes opi titimallorum ſm genus similiter. debilius vero folia et fructus operari nati sunt. quibꝰ ad pisces quiescentes aquis vti assueuerunt. Citissime enim ab eis inebriati et semimortui facti ad superficiem seruntur a que

G ¶ Cum autē sunt septem species titimalli fortior est qui caricias nominatur. quem ꝛ masculinum quidam nominant. ꝛ qui in lapidibꝰ nascitur. qui dicitur dēdrodes. psequēter autem qui barbasio assimulatur ꝛ cyparissias. deinde autem chyostropbop. ꝛ cetera.



Capitulum cccclxxv.

Thimus. ¶ Jsi. Thimus ꝺr eo ꝙ odorē refert flos eius. ¶ Dyas. Thimꝰ est herba omnibꝰ nota. frutex est habens folia angusta: pusilla et oblonga. ꝛ in summo capitella in specie formicarum in se implicata. Est enim hec humilis ac ramosa cum duris ramulis et lignosis. cui flos est purpureus. Et nascitur in locis saxosis ꝛ asperis.

Operationes

A ¶ Plinius li. xxi. Thimū oportet in flore colligi, et in vmbra siccari. Duo sunt autem eius genera candidū radice lignosa nascens in collibꝰ quod preferūt. Alterum vero nigrius floriscꝫ nigri. vtraꝫ multum estimant ꝛ in cibo ꝛ in medicamentis oculoꝝ claritati conferre.

B ¶ Dyas. Vires bz acres ꝛ calefactorias panlulum stringentes ꝛpter quod omnibꝰ stomachi cboracisꝫ vicijs aptissimū est medicamen. Bibita ꝓ cū sale ꝛ aceto flegma depōit ꝙ vētrem. Elixatura eius addito melle medetur ortonoycis ꝛ asmaticis. lumbricos excludit. menstruis imperat. secundinas deponit. aborsum facit.

C ¶ Cathaplasmata tumores recētes spargit. sāguinē coagulatū dissipat. clauosqꝫ corpꝰ tollit

addito polline z macerato cū vino sciaticis ē salutaris feruens superposita. Oculorūq; caliginem detergit commesta.

D E ¶ Condituris omnibus necessarie admiscetur

¶ Conitā. in li. graduū. Thimū est in. iij: gradu cali. z sic. Cū sale et acero grossiz flegma purgat. z viscoso flegmati pectoris succurrit. lumbricos expellit. mēstrua deducit. acuitatem flegmonis de pectore excludit. z opilationem interiorum aperit.

5 ¶ Auicen. ca. ij. Medicine thimi semen fortis est caliditatis. Prouocat z extrahit embriones mortuū. et solutione sanguinē educit: et humorem colericum. extrahit q; vermes.

B ¶ Palladius. Thimum in septembri mense vltimo conuenit serere. sed melius plantis nascit q̄ iis possit et semine. Agrum diligit apricum macrum maritimum.



Capitulum. cccclxxvij.

THrifoliū. ¶ Isi. Trifolion. a grecis trifilū vocat ē eo q; sit folijs trinis p singulas annotatiões. ¶ Plinius. xxi. Folio coronat z trifoliū. Cuius gña tria sunt. Euphantes greci vocant. alij aspalcion. z maiori folio quo vtuntur coronarij. Alterū acuto oritriphilon. Tertiū ex oibus minutissimū: et inter hec neruosi q̄busdā cauliculi. vt maratrohitpomaratro myopbano: vtunt z ferulis z columbis: z edere floze purpureo Et est in alio genere earū siluestribus rosis similis. z in his tñ color delectat odor autē abest. ¶ Dyas. Trifolij genera sunt quattuor. scz odoratum. acutum. partemon. et lepozinū. ¶ Pandecta. capi. cccxxix. Bandachuca vel chua. vel cufarabice. grece lochos vel zbarat vel lotus Latine vero trifolium: vel quedam species trifolij. De qua dicit Dyas. ca. de trifolio: et habz odorē aspalti. ¶ Sera. li. ag. ca. Bandachuca. nominat eum Dyas. lochos id est trifolium. Et est duarū specierū. scz domestica z siluestris. Siluestris quidē habz stipitē longitudinis duorum cubitoz vel brachiorum et plus parum. z nascuntur ab ea ramuli multi z quodlibz habet folium in extremo. qō assimilatur bandachuche qui oritur in paludibus. et vicitur trifolium. z habet semen simile fenugreco nisi quod est minus satis. Sed sciendū q; illa vocatur a quibusdam berba flaura vel berba matura. Sz Dyasc. vocat ipm trifolium. maius domestica que nascit in ortis. z est quedaz alia que nascit super aquas. z maxime in Babilonia. quando fluuius irrigat terram. z est berba habens crus simile crun fabarum. z est semen album. z dicunt q; extendit q̄n oritur sol. z apparet super aquam. z q̄n occidit restringit se z submergitur in aqua. z capita eius similantur capitibz papauerū magnoz. z in capitibz est semen simile geguers z scariole: z exiccant ipm in Babilonia. et faciūt inde panem. Et habet radicem similem citonio que comeditur cocta et cruda. z sapoz decocte assimilat sapori vitelli ouorū. z vocat hauda z beuche. Et Auicen. in ij. dicit q; de eis seminibus fit pauis.

Operationes

¶ Sera. auc. Albugerig. Andachucha siluestris cōuenit stomacho frigido z grosse vento sitati: z aqua eius abstringit ventrez: z valet colice passioni si ponatur sup morsum scorpiōis sedat dolorem ex eo. A

¶ Et si ponitur sup mēbruz in quo est mordicatio animaliuz nō inducit dolorē: et semen eius ē fortius folio. Et est bona dolori testiculoruz z principio hidropisis: z dolori matricis B

¶ Dyas. Trifolij maij vel lothos fructis diuretice z acerrime ē. semen eius z folia cum aqua bibita pleureticis z dissurrijs z epilēticis z hydropicis in initio singulare presidiuz est C

¶ Stericis causis opitulatur Menstruis imperat. oīa predicta seminis ipius. z. iij. et foliorum. z. v. curant Folia ipius cuz oximelle accepta morsibus venenatis occurrunt D

¶ Fe. vt oz tertianis tria folia aut tria grana seminis eius cuz vino bibita medicantur E

Capitulum. cccclxxvij



TRibulus. Dyas. Tribuli genera sunt duo siccus z humidus. Siccꝰ hz folia andragine silia: sz teneriora. hastas lōgas teneras z porrectas in qbꝫ sunt spine. Nascitur ãt i locis desertis. Humidꝰ ẏo nascit in fluminibꝫ cuiꝰ coma sup aquã extẽdit z folia supernatãt. hastã hz in summo grossaz. ad radicẽ vero tenuẽ. habẽtez i se tenuas spinas sicut spica. Semẽ duz ẽ ambobꝫ. virtus ẽ illi frigida et stiptica et desiccatiua. Auicẽ. Hasceck. i. tribuli ſm Dyas. due sunt spẽs que fri. et sicca sunt. Alij vero dixerũt qꝫ ẽ calidꝰ z siccꝰ in primo. et ẽ magz sile hasceck terre nostre. Siluestris qdẽ plurime terreitatz ẽ. domesticꝰ ãt plurime aqueitatis. Hal. viij. sim. sar. c. de tribulo. Tribulꝰ ẽ ex humida suba moderate fri. z sic. non moderate existit. dñat aũt in terrestri qdẽ terreũ frigidũ z stipticũ vt ostẽdimus. in aquatili ẏo aqsitas. z ꝓterea vtraqz ad flegmonũ z omnino ad oẽs influxiões cõpetũt. terrestres vero tribuli subtiliũ partiũ existẽtes.

Operationes

A ¶ Hal. Fructꝰ eiꝰ frãgũt lapidẽ in renibꝫ.

B ¶ Dyas. Tribuli faciũt ad inflatiões z ad ea qꝫ supoccurrũt. Virtus est illis stiptica z desiccatiua leptomeris. Etiam oẽs tumores spargit.

C ¶ Fauciby z gingiuis impositi opitulant: melle addito naptas. i. oris putredines tollũt. sucꝰ eoz nobilibꝫ collirijs miscet. semẽ eoz calculos frãgit z excludit. Terreni vero semẽ. z. i. bibitũ z impositũ morsibꝫ venenatis occurrit. Data veneno cõtrariũ est vim eius vincendo.

D ¶ Elixatura eiꝰ sparsa pulices necat. in flumine tracie in strimonia palude. de herba eiꝰ equi berbank. semẽ eiꝰ qz dulce ẽ cui tomacũ est

E ¶ Serapi. Virtꝰ eiꝰ ẽ qꝫ ꝓhibet apostemata. ca. ne ꝓfirmẽt. Et Sera. qdẽ ꝓfert oibꝫ mẽbris ad qꝫ fluũt hũores. sz semẽ tribuli agrestis qñ bibũt frãgit lapidẽ renũ. z ambe eiꝰ spẽs ifrigidãt z stipticãt. z fit emplastrũ cũ eis apatibꝫ calidis. et miscet cũ melle: z curat alcolã z pustredinẽ que fiũt in ore: et dolorẽ gingiuaruz:

F ¶ Et exꝓmit succus ab eo: z admiltrat in oculꝫ z semẽ eiꝰ est humidũ cõuenit lapidi renũ et vesice. z qñ. z. ij. bibunt de ꝑma specie ipius. z fit emplastrum cum ea conuenit morsui tyri.

H ¶ Et qñ bibit cũ vino ꝓuẽit medicis mortiferꝫ

H ¶ Et qñ decoctio eiꝰ rorat sup loca vbi abundant pulices occidit eos. Ille vero qui nascit et dicitur sandarx in regione badacas datur ab incolis illius patrie animalibꝫ pro cibo duz est humida herba ipsius.

I ¶ Et ex semine eius faciunt panez. Nam ipm est dulce et nutrit. Et sic vtuntur eo loco panis tritici. Sandarx est bonus doloꝛi vesice et stranguirie. et augmentum magnum facit in spermate.



Capitulum.cccclxxviij.

TRibulosa. Exherbari. Tribulosa duo rū genez ē. Alia q̄ppe nascīt in ortulis. alia ē agrestij. cū maiorē efficatia: z hz folia portulace similia: sz maiora. Caules mitrit sec9 terras. in q̄b hz q̄sdā globulos duris spinis extantib9 angulatos in q̄b est semē inclusum. z habz virtutē stipticā atq; frigidā

Operationes.

A ¶ Hec trita z corpi apposita feruēs mulcet Trita q̄z cū melle omnes oris z faucium curat putredines. ¶ Eadē herba cū semine decocta pulices necat. si aq̄ ipa domus aspergatur.

B ¶ Huius semine theaces faciunt panes. z cum vino potio eiusdem seminis. contra veneni potionem est salutaris.



Capitulum.cccclxxix

TRiticū. ¶ Ysi. Triticū a tritura ordeo q̄ purgatissimū horreo recōdit. vel q̄ granū ei9 terit z cōmollit. Plura sunt ei9 genera. vt siligo. ordeū. far. de q̄b ordē s. Tremēse āt triticuz ideo ordq̄ satuz post tres mēses colligit. Nā vbi ꝓpter aquā aliamue causam maturatio obmissa est presidiuz ob hoc petitur

¶ Palladi9 li. x. Mense septēbri locis vliginosis. aut etilib9. vl' frigidis vel opacis. circa equinoctium triticum et ordeum seri oportet. dum sez serenitas constat vt ante hyemem conualescant radices. Idem in libro. ix. Mense ianuario triticum et far seri oportet diu quattuor foliorū ē. Idez in li. viij. In iunio mense postremo locis maritimis ac siccis et calidioribus tritici messis abscinditur. Idem in libro. viij. Mense Julio temperatis locis, tritici messis explēda est et more quo dictum est.

Operationes.

¶ Isaac. Triticū ē cib9 ad humani corpis nutrimētū ꝑcipu9 z naturaliter sile cōplexiōi eius A
Triticū ꝑm naturā sui substātialē in ꝑmo gradu est ca. z hu. z sic. in medio. Panis ex eo fact9 calidior est in scdo gradu: qz calor ei9 augmentat a calore ignis z coctione: sicut ordeū z faba cū in ꝓpria natura sicca sunt. si in aq̄ coquāt humiditatem assumunt. Granum tritici masticatum vel assatum apostemati qđ ex rabidi canis morsu contingit suppositū morsum fugat.

¶ Oleum autem de grano factum: ad empetigines z serpiginem auferendum valet. B

¶ Tritici recentis ac noui nutrimētū paruum existit: et crudū z flegmaticū. z inflatiuū. rugitū ac dolorē laterib9 cōmouet. z in putredinē cito cōuertitur. Assatū ad ignē magis nutrit. ventositatē min9 facit z stipticū ē. In aqua coctuz grauissimū ē et inflatiuū digestioni durū. z rugitum mouet. humores densissimos generat et viscosos. maxīe si granū ē farine multū habēs furfuris parū. Si tamē bñ digerit multū nutrit et mēbra ꝓfortat. tarde egerit: vnde dandū est eis qui magnis laboribus exercitantur L

¶ Granū factū et similia: sanguinē laudabilem faciūt et multū nutriūt. Si tñ vrant opilatiōes patis faciūt: duriciā splenis: lapides in renib9 vel in vesica. maxime si renes calidi inueniātur naturaliter vel accidentaliter. D

¶ Auicenna. Triticum mundificat faciem. et eius farina et amilum cū croco ē medicamē pani: Sauich tritici et ordei grauat. E

¶ Triticum crudum et etiam decoctū elixatuz nō mollitū neq; fractū. neq; coctū. ita vt si plus et fractū etiā similiter quādo comedit generat vermes. Triticū quoq; quidē tritū et pulueriz̄atū. sup morsuz rabiosi canis est iuuatiuū F

¶ Dyas. Triticū vtile ē z recēs ac rusum. i. auroſum. Et qđ siccatiuū vocat crudū masticatuz et impositū canis rabiosi morsuz curat. Farina eius addito succo iusquiami z cataplasmata. neruoq; reuma ꝓpescit. Oximelli mixti inflationez tollit. Lentigines emendat B

¶ Furfur eius cum aceto coctū lepras minuit. z impositū tumores oēs cōpescit. Cum ruta coctū tumores spargit. morsib9 venenatis medicatur. Tortionib9 calefaciēdo subuenit b

¶ Fermentū eius virtutem habet calidā Tumores plantarum spargit. Pustulas minutas corporis emendat. J

¶ Rasi in almansore. Triticū bñ coctū omnibus cibis plꝰ nutrit. z maxie si cū lacte coctū fuerit. Confert etiā natura calidis z macris. z his qui multū laborāt. vel ꝙ augmēto virium indigēt. Habētes vero dispositiones cōtrarias cito venas replet. et fe. et arteticū dolorez. et lapides in renibus: et apostemata adducit.

¶ Actor. Triticea ꝯz fit ceruisia. sicut ordeacea et auenacea. Uñ ceruisia iuxta ysidoꝝ ē acere id est a fruge vocata. quia potio est ex frumenti seminibus. vario modo confecta.



Capitulum. cccclxxx

TRipolion. Dyas. c. Tripolion fm trāslationez grecā. nascit in locis maritimis id ē in littoribus ipis. Folia hz apio similia et grossa. hastaz longā duabꝰ palmis: in capite diuisam: florezꝯ mutare ter in die. naz mane colorem albuz facit: z alijs horis eū mutat. media die purpureum. et sero fenicium.

Operationes

A ¶ Uirtus est illi calidissima. cuz vino bibita. z. ij. humores aquosas ventris deponit. vrinam

B prouocat. acceptis venenis occurrit.

¶ Plinius libro. xxi. Tripolion apud grecos herbam inclitam musey et hesyadꝰ laudibꝰ ad omnia predicantium vtilem superꝯ cetera ad famam quoꝯ dignitatis prorsus mirā si modo vt tradunt eius folia mane cādida: meridie purpurea: sole occidente aspiciuntur ferulea

¶ Duo sunt eius genera. Lampestre maius. et silueſtre minus. Folia canis hominis similia a radice palmo nunꝯ altiora

E




Capitulum. cccclxxxj

TOrmentilla: vel cataphilon. vel potentilla grece. Arabice buseke. Latine bistorta. Tormentilla est herba similis pētaphilon. nisi quia habet septem folia vndiqꝯ pilosa. et ideo vocatur eptaphilon. cuius radix ē rubea et tortuosa similis galange. sed non habet acumen. Flos eius auro sus. et ipsa iudicat frigi. et sic. in tertio gradu. Sed est notandum qꝯ est species tormentille habens. folia similia lappatio acuto. nisi quia color foliorum ex vno latere est celestis. et ex alio viridis. flos eius est rubeus. et radix rubea: que ab aliquibus vocatur bardana minor. et ab aliquibus lappa minor. Uirtus eius in omnibus sicut virtꝰ prime speciei: sed remissior

Operationes.

A ¶ Tormētilla hz virtutē ꝓsolidandi z ꝓfortādi
B ꝓceptū. Cōtra dissurriā dē puluis tormētille
cū succo plantaginis. ¶ Ad ꝓstringendū men
strua fiat fomētū ex aq̄ pluuiali decoctiōis pul
ueris eius. vel ex duabꝫ ptibꝫ eius z vna spice
fiat puluis q̄ aspergat supra ventrē. ipso prius
melle calido empla strato. z iuuat conceptum.
C ¶ Ad conceptū iuuandū fit empla strū ex pulue
re eius z alijs speciebꝫ aromaticis. Pulꝫis eiꝫ
D vulnera cōsolidat. ¶ Cōtra vomitū ex debilit
tate z furore colere puluis eius ꝓficiat cū albu
mine ouī. z coquat super tegulā. z det patienti.



Capitulum. cccl xxxiij.

TUrbit arabice. latine z grece catamiō
Ser. li. ag. ca. Turbit. au. Dyas. Tur
bit est plāta q̄ nascit in littore maris. in
locis scz q̄ mare cooperit q̄n crescit. q̄n ꝙ est
trāquillū nō tangit ea. nō enī nascit intra aquā
nec multū longe ab ea. z nisi q̄n mare turbat z
crescit nō tāgit ea. Habet folia sil'ia folijs plāte
q̄ vocat rasatis. nisi q̄ sunt grossiora eis. z hz sti
pitem duobꝫ palmis longū diuisū in sūmitate.
Et q̄dā dicūt q̄ flos eius mutat colorē suū ter
in die. q̄ in mane est albꝫ. z in meridie declinās
ad purpureū colorem. in vespis ꝙ sit rubeus.
Radix ꝙ eius est odorifera alba. que q̄n ma
sticat calefacit linguā. Et idē auctor. Bal. trāsla
tione albarich. Nascit in littoribus z arenis.
Et virtus eius est calida et sicca.

Operationes.

¶ Sera. Turbit laxat z mundificat ventrem. A
Et melius ex eo est illud quod cum euellitur. et
radix eius a terra auferetur cortex eius statim z
abijcitur grossum quod est intus.
¶ Et ex corticibꝫ eius melior ē ille q̄ est vt calamꝰ B
gūmosus z albꝫ. z volumꝰ ipm frāgere cito fran
git. z nō accipiat illū turbit qđ est tortuosum.
Turbit est calide z sicce cōplexionis in. iij. ḡdu.
¶ Et idē auct. Aben mesuy. Et melior est ille C
subtilis ligni. z ꝓprietas eius est laxare viscosi
flegma. vel ipm diminuit debilitatē stomachi
ꝓpter abominationē sui saporis. Rectificatio
eius est ꝓficere ipm cū oleo amigdalax dulciū.
Dosis eius a. ʒ. i. vsq̄ ad. ʒij. Et oportet q̄ adhi
beat solū. z ipsum quidē est bonū humoribꝫ scī
atice. Et educit eos z laxat humores grossos.
¶ Et idē auct. Habix. Melius ex eo est albū in D
colore suo. z qđ in figura est sicut calamus ar
gēteus. z pulpa calami est subtilis z cito frangit.
non existens grossum neq̄ graue. et q̄n teritur
est cōtritio eius facilis. z est albū q̄n est tritum.
¶ Illud ꝙ qđ nō est tale non est alicuius boni E
tatis. Et turbit q̄n trāsuerit tēpus multū sup
ipm fiūt in eo vermes sicut in alijs lignis. z de
bilitatē in virtute sua. Et signū eiꝰ sup hoc est:
q̄ apparēt in eo forāmina ac si esset forātū a cu.
z turbit quidē laxat flegma laxatione leui.
¶ Et rectificatio eius est ista: q̄ fricēs corticem F
eius donec quenias ad albū eius. z postea tere
ipm. z cribra ipm p̄ cribrū tenue. z si ponis ipm
in medicinis laxatiuis sicut in pillulis z decocti
onibꝫ cribra ipm p̄ cribrū strictione. sit ei aliq̄
grossicies ne adhereat vltis stomachi.
¶ Et cōuenientior modus rectificationis eius G
est: q̄ ꝓficiat cū oleo amigdalax amarax postꝙ
fuerit triturātū z cribrātū. Et si vis ex bibere
ipsum habentibꝫ flegma viscosum tenax: tere
subtiliter z cribra vt ipsum nō adhereat stoma
cho. z expellat ipsum flegma.
¶ Pau. c. de turbit. Turbit ē ca. z sic. án. iij. ḡdu H
¶ Johānes mesue. Turbit est radix cuiusdam I
herbe: cuiꝰ folia sunt sil'ia foliꝭ ferule minoris
z est ex habentibꝫ lac. Et est ex colusure z do
mesticū: z magnū z parū. Et adhuc ex eo ali
ud album: z aliud citrinum: z aliud nigrum.
¶ Electio. Qđ in locis nascit siccioribus z gu K
mosius ꝓpter ipsius subtilitatē lactis eius. Cōtra
riū ꝙ. econtra declinat a ꝓpriet. tibꝫ bonis. q̄ sunt
septē. ipm qđ sapientes scripserūt. hz vt sit albū z
vacuū: arundinosum z gummosum. z sit cortex
eius cinericius et planus: z sit recens et facile

frangibile. Citrinū ꝙ malū est: z nigrū peius grossum. est nō bonū. z subtile tenue subtiliter.

L ¶ Est ei debile antiquū malū: z qđ ē crispi cortícis bñs interiꝰ cū frangit sicut neruos. est silúestre malū. z qđ nō est gūmosuz est debilius z ventris cōturbatiuū. Et tua interest vt cognoscas adulteratū: ex eo q fit cū suplinitione in extremitatibꝰ eius ex gūmi dissolutiōe. Et cognoscit co q in fracturis ipsius est sine eo. z nimis recens est conturbatiuū z subuersiuū viscerum

D ¶ Antiquū ꝙ debile: mediocritatē in habēs est eñ qđ eligit. Complexio ꝛprietas ca. est in tertio gradu. Et est resolutiuū: attractiuū attractione mediocri: generās ventositatē z subuersionē z nauseā. z acquirit ex vsu eius exiccatio in corpe: euacuat eñ humiditates subtiles

A ¶ Rectificatio. Tria sunt corrigibilia in ipso. Est eñ debilis operatiōis z tarde. z nocet stomacho faciens subuersionē z nauseā. Et acquirit vsus eiꝰ corpi exiccationē nauseā z estuationē.

O ¶ Rectificatores ꝙ eius inprimis abradi iussérūt corticē eius: donec appareat albū ipsius. z corrigūt. de quo dictū est. Primo administrando aliqđ virtutis acute vigorās ipm in operando: z ex rebꝰ ipm maxie cōfortantibꝰ est zuccaꝛ

P ¶ Jpm eñ si gillat ei ꝛprietatē mirabilē: vt educat humorē grossum z viscosum. etiā a remotis cū facilitate. ita q etiā a iuncturis z anchis z a locis ꝛfundis z distantibꝰ p se ꝙ nō facit illud immo educit de flegmate qđ subtile z relinquit grossum. z hoc tarde operat. Et corrigunt qđ secūdo dictū est. admiscēdo ei ex medicinis stomaticis. z ex redolentibꝰ z sedantibꝰ agitationē in eo sicut est malt ix z gallia aromatica ꝛprie sicut zinziber z piper longū z silia. Et emendat qđ vltimo de eo dictum est: sicut dixit Alcauzi vt misceat oleum amigdalaꝛ: aut cōungat cū amigdalis: aut cum zuccaro.

Q ¶ Et dixit Ruffus. Administratio ipsiꝰ cum sliptícis remouet hoc ab eo.

R ¶ Et dixit iudeꝰ. Jpm cū ꝛfectiōe de citonijs aut rob ipsius cū medio ponderis eius ex zinzíberi: z duplo pōderet ipsius ex amigdalis est solutiuum bonum.

S ¶ Jnquit Hamech. Et fiūt trocisci ex eo z duplo pōderis eiꝰ z florū violaꝛ: z medio pōderis eius ex zuccaro. z fit solutiuū sine molestia.

T ¶ Et inquit Johānitius. Accipe dactiloꝛ infusoꝛ in aceto die ac nocte partes .c. penidiaꝛ ptes .l. amigdalaꝛ purgataꝛ. partes .xxx. turbit partes .xxxv. scamonee. ptes .xij. zinziberis. piperis longe folioꝛ rutę liccoꝛ ana partes .iiij. coꝛ fiat permixtio bona. z confice cū melle despumato. Est eñ medicina mirabilis.

¶ Serapion. li. aggregatoris capitul. heger bezaar est nomen persicum. et est expel lens nocumentum. et hoc nomē cadit sup duo Unum est quod cadit super omnem medicinaz conuenientem alicui veneno. eo q resistit vir tuti eius et expellit nocumentum eius propter proprietatem que est in eo.

¶ Rasis. Bezaar est lapis citrinus mollis. nō habens saporem: Unde lapis est vergens ad citrinitatem et albedinem habens colorem vi ni. et est leuis splendens sicut lumen.

Operationes.

A ¶ Serapion. Lapis bezaar conuenit venis. ⁊ quando bibitur ex eo pondus duodecim gra norum ordei: aut linimentum fit cum eo super locum morsus liberat naturam a morte et ex pellit venenum per sudorem. ideo pestilenico valet ¶ Et quando ponitur lapis in annulo. et ponitur in ore ipsius qui sumpsit venenum. ⁊

sugit id aliquantulum conuenit ei.

L ¶Et quando tangitur cum illo aculeus scorpionis prohibet ab eo postmodum potentiaz pungendi.

D ¶Et si terit de eo pōdus duoz granoz ordei dissoluit in aqua z ponitur in oze serpentis suffocat eum statim z occidit.

E ¶Idē auct. Rasis. Et ego vidi ipo sufficientiā ad auferēdū no cumētū. z erit lapis ille quē vidi vergēs ad citrinitatē z albedinē hns colorē vini. z cū h erat leuis splēdēs sicut lumē.

F ¶Etiā vidi in eo dē sufficientiā illā quā vidi in alia medicina simplici. ymmo etiā qō non vidi in tyriacis compositis.

B ¶Idē Rasis. Vidi lapidē bezaar filij amamari custoditoris legis dei. z est verū q ipe emit hunc lapidē: z dedit pro precio ipsius palatiuz cordube in principio generis.



Capitulum.xxv.

BElliculi marini latine. Arabice astoz. Pādecta ca. xciij. Belliculi marini sūt q̄i vmblici hoīs fm figurā. z sē lapides parui z albi q̄ ueniunt in ripis marinis cohērētes sicut dētales. sūt frigidi z sicci. sed eoz effectus ab autoribz nō determinat. ponunt in vnguentis ad faciem clarificandā.

Operationes.

A ¶Puluis coz subtilissimus resoluat cū axungia gallinacea prius resoluta: z fiat vnguentū pro facie abstergenda. ponuntur in antidotario Galieni in vnguento citrino. quod interpretatur vnguentum de citro.

Capitulum.xxvi.



BOlus armenus. Auiceñ. lib. ij. cap. de bulo armeno. Lutū armenū: siue bolus armenū est rubeū: declinās ad citrinitatem notū. frigidū est in primo gradu. siccū in scdo. Et est quedam vena terre que ꝑcipue in armenia inuenitur. Unde habet virtutē constringendi. Est aūt eligendū qō subrubeū: est fm oēs ptes: nō habēs colores distinctos: aliquantulū fragile. ¶Sera. Larnamenū. i. lutum armenū. z est in gimbar color ei⁹ est vltra croceitatē ad rubedinē tendens. z terit cito sicut terit calx. z est leue sine lapide. Uirtus eius est q̄ desiccat desiccatione forti.

Operationes.

¶Auicenna. Lutū armenū retinet sanguinē: qm̄ exsiccatio eius est in vltimo. A

¶Et ꝓfert apostematibz pestilentialibz bibitū z linitū. z ꝓhibet ambulationē putredinis mē broz. z mirabile est in re vulnez. B

¶Et ꝓhibet catarrū. z confert colericis. E

¶Et est bonum sputo sanguinis prisici. propterea q. ia desiccat vlcus pulmonis. z est cura stricture anhelitus ex catarris. Et est bonū vlceribus intestinoz: z solutioni: z fluxui sanguinis matricis. D

¶Et confert febribz ethicis z pestilentialibz ꝑ prie. et plures: quidē iam sanati sunt ex pestilētia magna ꝓpter ꝓsuetudinē bibendi ipm cum vino subtili. E

¶Et si bibitur in febre pestilentie necessariū est vinum: ꝓducat ipsum ad coz: z misceatur vinum illud cum aqua rosarum. F




BOrax. Lapis borax. ſm Alb. a quo/dam genere bufonis noiatur: q̄ ſic dr: quod ip̄m in capite portat. Et eſt duo/rum generū. vnū albū aliquantulū fuſcū. z alterū ſi viuo adhuc palpitante bufone extrahitur ān medio habet oculū ceruleū: z tempori/bus noſtris extractus fuit vnus de bufone paru9 viridis. aliquos etiā vidim9 bufones habentes depictos in ſe. qui de b̄ genere dicebantur vulgariter aūt cropodine dicuntur.

Operationes.

A ¶Alb. Sordes purgank intestinoz z ſuperfluitates. ¶Arnol. Hoſe lapis. i. lapis borax eſt cui9 duo ſunt genera. vnū ſub albidū: z aliō varū. ¶De bufonis capite trahunk ante q̄s bibat vel aquā tangat. ¶Et forte in eis q̄n q̄s apparet forma bufonis cū pedib9 ſparſis. Dic lapis valet ꝓtra morſus reptiliū: z ꝑ venenum.

B

D



Capitulum. xxviij.

CAllaica. carcedoni9 z calcophanus. yſiō. Callaica eſt gēma colore viridis. z pallēs ac nimis craſſa. habilto cūctius decenſq̄ auro. vñ et appellata. Naſcit in India vel Hermania in rupib9 gelidis. oculi mō extuberās. ¶Ex lib. de na. rer. Carcedonius in ethiopia naſcit. velut ignis lucet. ſed pallentis ſpeciē retinet. Semperq̄ detentus palloze. Colorē habet mediū iacinctum z berillū. Qui ſi ꝓtuſus ſit z collo vel digito ferat: cauſas vincere ꝓhibetur. Hui9 ſpecies tres eſſe dicuntur.

Operationes.

¶Arnol. Calcophanus eſt gēma nigra ſed eris tinnitū reddit ſi lapide fuerit illiſa. A

¶Arnol. Calcophanos nigri colorꝫ lapis clarificat vocē: prohibet raucedinem. B

¶Ex libro de na. rer. Calcophanus ſonorus ac dulcis inſtar eris. E

¶Si ferro vel ere p̄cutiatur vocem quoq̄ ſonorā ac dulcē reddit ſi portet ab hoīe caſto. D



Capitulum. xxix.

CArbūcul9. Ex li. de na. re. Carbūculus ē lapis oīm p̄cioſiſſim9 atq̄ cariſſimus: et oīm lapidū ꝓhibet ſ̄rutib9 p̄dit. Hic color igneus ē. z nocte magꝭq̄ die lucꝫ. nā die obſcurat: nocte ſ̄o tm̄ ſ̄fulget vt circa ſe noctē q̄ſi i diē vertat. ¶Ex lapidario. Ardētes ſupat gēmas carbūcul9 oēs. Hā velut ignitos radios iacit

vndiq; carbo. Hui⁹ nec tenebre possunt extin guere lucē. Quin flammas vibrans occulis mittat aspicientem.

Operationes

A ¶Arnol. Carbūcul⁹ est gēma rubicūdissima i obscuro z i tenebr; lucēs vt carbo. Coloze vir tutibusq; supat oēs gēmas ardētes Sola em̄ hz oēs q̄ in ipis sūt frutes. Sūtq; pter illam duodecim species min⁹ea vtiles.

B ¶Ysid. Carbūculi genera sūt duodeci: sz pstā tiozes q̄ vident fulgere ac velut ignē effūdere.

C ¶Et dicit Alured⁹: q̄ est sigillū lapidū. Alij fo qz carbūculus potest imprimere figuram suā omni alij lapidi: z non econtra.



Capitulum. xxx.

CAlx. ysi. Calx viua dr: qz dū tactu fri gida sit occultū ignē int⁹hz. vñ z aq̄ pfu sa stati latēs ignis erūpit. natura cius mira facit. Hā aq̄s accēdit q̄by solet ignis ex tinguī. Usus ei⁹ est structur; fabrice necessari⁹. Hā lapis lapidi nō pōt adherere forti⁹. nisi cal ce piūct⁹. z calx q̄dē e lapide albo z duro me lioz est structur;. Ex molli fo tinctur; vtilis.

Operationes

A ¶Auicen. in. ij. can̄. Calx est cinis corpoz la pidosoz. Illa q̄dē quā aq̄ nō retigit: z illa quā aqua tetigit cū remanet extincta duoby vieby aut triby tūc nō adurit: sed tm̄ calefacit.


B ¶Et abluta quidem dicta est et exsiccatiua si ne mordicatione.

C ¶Calx fo bibita cū oleis fit maturatiua.

D ¶Calx fluxū sāguis abscindit. carnē additaz corrodit. z abluta solidat. ignis adustiōi cō fert. ¶Cōstātin⁹. Calx est ca. z sic. i. ij. g. Quē mixta sero z oleo pustulas z apostemata putri da hūtes iuuat. vulneraq; z icisionē solidat.


E ¶Rasi in Alman. Calx. ca: est. adurit: z car nem sup fluam corrodit. fluxū sanguinis con stringit. q̄ cū lauat a dustiōi ignis pfert.

F



Capitulum. xxxj.

CAristeū z Numidicus. ysid. Caristeū viride optimū: qđ nomē ab aspectu ha bens: eo q̄ gratū sit hīs q̄ gēmas saul pūt. Eius em̄ viriditas reficit oculos. Idem Numidicū marmor numidia mittit. qđ cutem cotem succum dimittit croco simile. vn de et nomen accepit. non crustis: sed in massa z limi num vsui aptum. Tessriam a calore cineris ap pellatur. cuius alligatio contra serpentes lau datur.



Capitulum.xxxij.

De Calefarios z corantricas vel corauium Alber. Lapis calefarios siue calcofanos et est niger.

Operationes.

A ¶ Virtus eius est vocē clarificare z raucedinē
B mederi ¶ Idē. Alb. Lapis corātricas est lapis cristallo silis. infecto colore ceruleo. q̄ dz cadere aliqñ ō nube cū tonitruo. z inuenit ī graya z hyspania. sed hyspan⁹ est candens vt ignis.
L ¶ Prouocat dulces somnos. z ad prelia z causas vincendas. z contra periculū tonitrui dicitur opari. Hoc similiter ait Enax.



Capitulum.xxxiij.

De Elidonius. Dyas. Celidonius inuenitur in ventribꝫ hyrundinū. Cuius genera sunt duo. niger ruffus. que colliguntur captis pullis hyrundinum: z cassis eorum ventribus inuenitur.

Operationes.

A ¶ Alb. Ruffus inuolutus pāno lineo vel corio vitulino z sub sinistra assella gestatꝰ: dz valere ꝫ isaniā z antiqs lāguores: z lunaticā passionē z epilentiā: codē modo portatus.
B ¶ Enax aūt dicit q̄ facundū gratū et placentem reddit gestantē se. Niger autē vt Joseph dicit contra nociuos humores z febres z iras operatur. Et lotus aqua sanat oculos.
L ¶ Sunt aūt bū lapides parui valde. Et tales tam vidimus p̄ socios nros de stomacho hyrundinū extractos de mense Augusto. tūc cū extracti magis valere dicunt. vt frequenter aūt duo sil' in vna hyrūdine inueniuntur.
P ¶ Dyasco. Ruffus cū sanat lunaticos z languidos et insanos in panno mundo ligatus. in sinistro brachio egroti circumligatus. preterea facit gratissimos portantes se facundos et amabiles et idoneos.
E ¶ Niger gestatꝰ silr optimū finē imponit. ad oēs tras regū z dominoz idoneus est.
F ¶ Nam qui eum habuerit omnibus placebit z ad arbitrium suum cuncta perducet.
H ¶ Sed qui dolent oculi teritur cum aqua et iunguntꝫ et sanabūtur. ¶ Sed cum tollunt lapides cauendū ne pater aut mater prope sit: qz meliorem effectum habebunt.



Capitulum.xxxiiij.

De Celonites z cymedia. ysi. Celonites est lapis purpurei varijq̄ coloris. Hūc testudo mittit z diuinatorem illum facit Qui hūc sub lingua gestauerit: at hec ꝫtus ipi tantūmodo tūc inest: cū luna p̄mo accensa crescens est. ¶ Henoytes in vlamo descendēte sic vult Aaron de virtutibꝫ lapidū. Hec hic lapis ab igne corrumpitur.

Operationes

A ¶ Celonites est indice testitudinis oculus varius z purpureus. hoc magi ímposito lingue finguntur futura prenunciare.

¶ Ex lapidario.

B Indica testudo lapidem mittit celonitem
Bratum purpureo vario q̄ colore nitentē
Quem sub lingua lotosi quisq̄ gesserit ore.
Hosse magi credūt hunc diuinare futura.
Orto mane die sextam dum tra xat ad horam.
Tempore quo lune succrescere cernit orbis.

Sed luna prima lapidis predicti potestas.
Totius fertur spatio durare diei.
Quinte post decimā p cordat tempore lune.
At detrimenti maris in tempore toto.
Ante diem trīm lapidi manet illa potestas.
Est etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

L ¶Item ysiō. Lymedia est gemma que inuenitur in cerebro piscis eius nominis. candida et elonga. his pīsagire dicūtur magi signa trāquillitatis et tempestatis.



Capitulum.xxxv.

Cerusa. Plateari9. Cerusa flos plūbi est et est frigida et sicca in secō gradu. Hāc q̄ faciūt sepius incurrūt apoplexiam: epilentiā: paralisim: arteticā: p̄ter frigiditatē aceti dissoluentē et mortificantē.

Operationes

A ¶Habet aūt cerusa p̄rutē mūdificandi vel extergēdi superfluitates. vñ q̄dā mulieres abluta facie puluerē cerusē renuissime supadducūt.

B ¶Alie p̄o: q̄ cerusa aliq̄ntulū sicca est. p̄ficiūt eā in aq̄ rosaq̄ et exponūt soli: maxīe in estate qua p̄sumpta aliā apponūt. et h̄ faciunt donec fit albissima. et aliquantulū aromatica. postea formāt in pillulas et facie apponunt.

C ¶Nota qui longo tempore vtuntur adhibitione cerusē dolorē dentiū incurrunt: et putredinem: oriq̄ fetorem.

D ¶Auicen. in .ij. can. Cerusa est cinis plūbi: ponitur in emplastris et vlcera replet ac generat in eis carnem: et corrodit carnē malā.

E ¶Cōfert borbori oculi. Lenificat apostemata frigida et dura. Fit aūt cerusa q̄nq̄ aceto: q̄nq̄ cū saliby. et est frigida et sicca in secō gradu.

F ¶Que autem cum aceto fit vehementioris est subtiliationis.

G ¶Est etiam ex medicinis que conueniunt anifissuris est uterum ex venenis.



Capitulum.xxxvj.

Crisolectrus et crisocolla. ysiō. Crisolectrus est lapis auro silīs: h̄ī colorē electri vergēs. matutino trīm aspectu iocūdus: igniū rapacissim9. et si iuxta fuerit celerrime ardescēs. ¶Aristo. Crisolectrus ignē trahit. et ex eius natura est q̄ ab igne cito cōburit. ¶Arnol. Crisolectr9 gēma est aurei color. ab igne cito inflāmabilis. visu pulcherrim9 est in horis matutinis. in alīs p̄o p oia dissimilis.

Operationes.

A ¶Plini. Crisolectrū collo alligatum medetur febribus. Tritum p̄o cum melle atq̄ rosaceo aurium vitīs.

B ¶Et si cū melle attico p̄terat o: lor etiā obscuritati: stomachiq̄ vitīs medet. vel p se farina eius sumpta. vel cū mastice et aqua pota.


C ¶Ex lapidario. Esse crisolectrus silīs describitur auro. Cui9 ad electrū color inclinare videtur. Hic matutinis visu iocundior horis.

D ¶Cuius materies rapidissima et ignis. Nam cito vicino correptus flagrat ab igne.

E ¶Ysidorus. Crisocolla est gēma q̄ gignitur in India: vbi formice aurum eruunt.

F ¶Est aūt auro silīs: h̄z naturā magnetis: nisi q̄ auq̄ augere traditur. vñ et nunc putatur.

Capitulum.xxxvij.



Crisopras9 z crisopassios. Alb. Criso
pras9 ē lapis q̄ ab india vēit z raro ue
nit ꝓpt̄ qō z carior extimat. i colore etiā
est q̄si sit ex succo porri vl pssij coagulato. hns
etiā auri gutras. ꝓpt̄ qō z tale nomē accepit. qz
criso aur̄ sonat i greco pssiū. i. viride viriditate
porri. Unū. ꝑ Marubij folia sc̄ pssia pssa q̄z por
ri. idē Crisopassios ē gēma ab ethiopia vēiēs.

Operationes.

A ¶ Alb. Crisopssos vires hz lapidis pssij. etiaz
B ad oēs cordis passiones efficax repit ¶ Idē Cri
sopssios dr lucere i tenebr̄z z euanescere lumie
supuenēte: ita q̄ colorē nō retinet quē hz i ob
L scuro. ¶ Et fit i ipo ex diuersitatē lumis z te
D nebraz reciprocatio colorz velut in q̄rcu putre
facta z noctiluca. ¶ Et de oīb⁹ his i lib. de ani
malib⁹ dedimus rationē ꝓfectā: z vide.



Capitulum. xxxviij.

Crisolit9 z crisolansis. Dyas. Crisolit9
lapis lucidissim9 est: z similis auro. A
bertus. Lapis crisolit9 est i colore ha9
bēs tenuē viriditatē lucidā in qua ad oculū so9
lis micat vt stella aurea. z nō est rarus. ¶ Ysid̄.
Crisolansis est gemma ex auro z igne vocata
die siquidē est aurea: z noctu ignea. Hanc gi9
gnit ethyopia

Operationes.

¶ Alb. Dicit q̄ crisolit9 spūalia ꝓfortat. ꝓpter A
qō tritus asmaticis dat. Fert etiā q̄ ꝓfortatus
z setis asini in foramīe repletus ac sinistro bra
chio alligat9 fugat tumores melācolicos pes9
simos. z hoc dicit in phisicis ligaturis.
¶ In auro etiā positus z gestatus fugat fan9 B
tasmata. ¶ Et dicunt quidā ipsum stulticiam E
pellere: z sapientiam adducere.
¶ Dyasco. Hic applicatus (videlicet crisolit9) D
rasure aurifilaterium est z tutamen aduersus
nocturnos timores. Pertusus z traiect9 cum
setis asini z in brachio sinistro ligatus omnia
demonia vincit.



Capitulum. xxxix.

Cristallus. Alb. Lapis cristall9 q̄ ali9
qñ fit ex frigore: aliquādo autē ex niue
sicut sepe experti fuimus. z i germania
vbi multi inueniuntur. Uter q̄z autem modus
generatiōis facilis ex supiorib⁹ erat manifest9

Operationes

¶ Hic lapis frigid9 oculo solis oppositꝰ ignē A

eſt cit. ſi calidus ſit hoc perficere nō poteſt: Huius ratio poſita eſt in lib. de proprietatib⁹ elementorum ꝛ planetarum.

¶ Et dicit etiā ſitim reſtringere ſub lingua poſitus ꝛ expertū eſt q̄ trit⁹ cū melle mixtus acceptus a mulieribꝫ repleat vbera lacte.

¶ Ex libro de nat. rerum. Criſtallus lapis eſt ex glacie indurat⁹.

¶ Solinus tñ in aliquibꝫ mundi partibꝫ hūc inueniri dicit vbi nunq̄ gelu vel glacies fuit.

¶ Dyaſ. Criſtallus vires habet ſtipticas: deſerunt hūc ad generandum lac.



Capitulum. xl.

Cinnabar. Pādecta. ca. clxiij. Cinnabar latie. Brece ſercog. Arabice aſreg vl' zemziſar Cinnabar. i. cinnabaꝛ. Et fit ex ſulphure ꝛ argēto viuo. ꝛ eſt rubei coloꝛ⁹ Sera p̄. li. ag. ca. aſreg ſiue aſrengi. i. cinnabarū. fit ex plūbo qñ ponit⁹ i igne: ꝛ inflāmat. ꝛ fit rubeū. Silr fit ex ceruſa cōbuſta in hūc modū accipit⁹ ꝛ ponit⁹ i ꝓcauo vaſe mūdo ꝛ ponit⁹ ſup ignē. ꝛ mouet⁹ donec rubeſcat. ꝛ fit velut auripigmētū rubeū. Et q̄dā noiant ꝕ ſandix.

Operationes.

¶ Hal. Qñ cōburit⁹ plūbū vel ceruſa: mutat⁹ et fit aſrēgi. ꝛ ē res ſubtilioꝛ eo: ſz nō ita ſedatiua.

¶ Idē auc. Lachindi. Et accidit libenti aſreg ſicut illi q̄ bibit litargiū. oēs iſti ſūt ſpēs cinnabari.

¶ Dyaſco. Virtus eſt illi⁹ lapidi⁹ emathitis. deniq̄ ꝓſtringit vehemēter. ꝛ ideo ſanguinis fluoꝛem abſtinet. cōbuſtionibꝫ ꝛ puſtulis opitulatur. cerotis additur. vtiliter etiā cōfectionibus colliriozum miſcetur.



Capitulum. xlj.

Cinis. Actoꝛ. Cinis ex p̄dictis coꝛporibꝫ vſtis relinquit⁹ ꝛ eſt ſubſtantia terrena quidē arida ꝛ compacta. in quaꝫ coꝛpus ſolidū q̄ ignē reſolutum humoꝛe conſumpto redigitur. Unde ex grandi coꝛpoꝛe p̄pter conſumptionē materie modicus cinis efficitur. deſpecti coloꝛis eſt.

Operationes

¶ Et q̄ partes habet minutiſſimas: leui flatu agitabilis eſt. ad multa tamen perutilis.

¶ Cinere nanq̄ primo quidē ignis ipſe regitur vt conſeruetur. ¶ Cinere pelles depilātur: ꝛ quodāmodo innouantur.

¶ Cinis etiam p̄o alumine ponitur in tinctuꝛis pannoꝛum. In eccleſia dedicanda alphabetum in cinere ſcribitur. In capite ieiunij cinis ad memoꝛiam mortalitatis noſtre in capitibus noſtris ponitur.

¶ Ex aqua cineri admixta fit lixiuiū quo capita abluunt⁹. ¶ Cinis ſup̄ ſanguiſugā piectus ſanguinē quē ſuxerat euomere facit. In medicinis q̄z tam cinis q̄ lixiuium proficit.


¶ Auiceñ. in. ij. cañ. Cinis oīs naturā habet abſterſiuā: exſiccatiuā. diuerſificat⁹ tamē ꝛ ablutio minuit eius abſterſionē: ꝛ acquirit ei glutinationē ꝛ exſiccatio ē ſine mordicatiōe.

¶ Aqua p̄o cineris ingreditur in medicinis putre facientibꝫ. ꝛ eaꝫ foꝛtioꝛes ſunt.

¶ Aqua cineris ficus ꝛ lacticinij: plꝰeñ abſtergit ꝛ ſiccat q̄ cetere. ¶ Cinis aūt lignoꝫ ſtipticoꝫ vt quercus ꝛ reliquoꝫ retinet ſanguinē.

¶ Dyaſ. Lixiuiū eſt cinere querc⁹ ad vſuꝫ medicine efficaciſſimū eſt. ꝛ hoibꝫ ꝛ pecoribꝫ que deſiōe pulmōis veꝛant⁹. ꝛ q̄bꝫ aliq̄ res venenata obſiſtit. Bibita, nāq̄ ſtatim ſalutē affert

D ¶ Utilis etiã est in vulneribꝫ humectis.ꝛ i fistulis.et ad vulnera difficilia ad sanãdũ ꝛ callosa
A lõgit pis sordida. ¶ Quotidie ergo lauãda sũt et sic apto medicamie sanãda: qꝛ ꝟr9 lixiuũ nõ sanat:sed ad sanitatẽ vulnera disponit.



Capitulum. xlij.

OCoallus ex li. de na. reꝝ. Coallus ẽ lapis rubeus valde. figurã hñs vt cornu cerui. vel vt herbe radix cũ multis radicibꝫ. Nec mirũ qm̃ herba fuit i mari ꝑmũ. Nic fulminibꝫ ꝛ tẽpestatibꝫ resistit. Uñ antiq̃ lapidez hmõi cõfractũ cũ seminibꝫ i agro iactabãt: aut in arboribꝫ suspẽdebãt: vt grãdinũ picula non sentirent. Demonibꝫ q̃z terribilis est. ꝛ ꝟ forte qꝛ frequẽter ramoꝝ ei9 extẽsio modũ crucis hz.

Operationes.

A ¶ Auicen. in. i. cañ. Coall9 est frigidus in primo gradu. siccus in secundo. S tiptic9 ẽ et vehemẽter prohibet fluxum sanguinis.
B ¶ Carnẽ additã abscidit. cõfortat oclm̃ abstrahẽdo ꝛ exsiccãdo humiditates fixas in eo
C ¶ Et est ꝓcipue qꝫ adustũ ẽ ꝛ ablutũ cõueniẽs lachrymis. Uestigia q̃z vlcerum abstergit. confert apostematibꝫ intestinoꝝ ꝛ splenis. retinet sputũ sanguis. Ha scit i maribꝫ q̃ sũt i affrica. alij9 q̃dez rube9 est: alius niger: alius alb9.

¶ Dolorẽ stomachi removẽt ac ꝓhibet sup os ei9 directe suspẽsus. ¶ Et ideo collis puerorũ appendit. Dicit aũt qꝫ si teratꝫ ꝛ impleant ex eo cõcauitates infirmoꝝ dentiuꝫ eradicat eos. et est summus in confortatione gingiuarum.
¶ Cõfert etiã sputo sanguis et ei9 fluxui ꝓprie qꝫ rubeus: et oñibꝫ egritudinibꝫ stomachi.
¶ Arnol. Coall9 a mari trahit sicut ramuscul us. ꝛ valz ꝫ quẽlibꝫ fluxũ sanguis ꝛ epilentiaz
¶ Et cõtra vana mõstra collo suspẽsus.
¶ Et valet etiã cõtra tempestates ꝛ grãdines agris aspersus multiplicat fructus.



Capitulum. xliij.

OCorneolus. Ex li. de na. re. Corneol9 vt ꝫm quosdã cornelus est lapis rubeus ꝙ lucidus. sz obscuri coloris incisi carne similis. Dozlapidũ multitudinẽ filij israel i deserto sculpsisse dicunt. qꝫ sculptura tã subtilis acuminis cõprobat: vt null9 posterioꝝ hmõi opis imitationẽ audeat attẽptare: nec dubiuz qꝫ ꝫm efficacias ꝛ ꝟtutes gẽmaꝝ sculpebãtur ymagines figurarum.
¶ Alb. i lapidario suo. Corneol9: quẽ quidaz corneliũ vocãt. lapis ẽ coloris carnei. ꝟ ẽ rubei obscuri sic carnis lotura. Nic apꝺ rhenũ fluuiũ iuenit freqntissime. ꝛ ẽ valde rube9. colorez hñs fere sicut minũ. ꝛ qñ polit multum nitet.

Operationes


¶ Exptũ est qꝫ stringit sanguinẽ. ꝛ ꝓcipue mẽ A
struoꝝ ꝛ emorroidaꝝ. ferꝫ etiã tras mitigare
¶ Sera. Uirt9 illi9 lapidis ẽ qꝫ qñ defertur i B
anulo repmit iracũdiã ꝛ çausã litis añ iudicem

¶ Et reprimit fluxuz sanguis: vndecūqz exeat ꝓpie et sanguinis menstrui:
¶ Et qñ fit ex eo dentifrigiuz abstergit sordes dentiū et dealbat eos: z facit eos pulchros.



Capitulum.xliiij.

OChilū. Pādecta. ca. cccxxxi. Lapis ōchily. Hoc vocabulū ponit in q̄dam electuario Auicēne. qō ē cōtra vicū lapidis. z q̄daz dicūt q̄ ē coclea marina. que ōr cōchilū. z q̄dā dicūt q̄ ē coclea climaciaz. Im veritatē lapis est coclea porphire marine. z est conchilium marinū purpureum.



Capitulum.xlv.

OOs grece. Arabice hager almaseni: siue amēsen. Latine lapis quo acuit ferruz vel olearia Sera li. ag. cap. Hager almaseni est lapis quo acuitur ferrum.

Operationes

¶ Fricatio almaseni q̄ accipit ex lapide q̄ ōr ysachsen: phibet augmētari māmillas puellarū añ tps: z testiculos pueroz. z ē qz virtus eis infrigidat. ¶ Et idem auc. Dyas. Qñ acuitur sup ipm ferrū aliqō et linitur q̄ aggregat sup alopiciam: facit in ea nasci pilos.
¶ Et liniunt cū eo māmille puellaruz z testiculi puerorum: et prohibet eos augeri.
¶ Et cōuenit apostematibꝫ eoz amboz. et qñ sumit in potu cuz aceto cōuenit doloꝛi splenis et epilentie. z fricatio eius cōuenit alopicie
¶ Ubi sciendū q̄ iste lapis vocat similiter cos ocularia. qz in ea fricantur syeff. oculoz. Uel cos olearia: quia acuunt in ea instrumēta ferrea aspergitur super ipsa oleum.



Capitulum.xlvj.

OCuprum. Ex li. de na. rer. Cuprum siue eris: ē eiusdez duriciei cū argento: et eiusdem liquationis. Hoc excepto q̄ est rubei coloris. Es nulla rubigine corrumpitur. fetorem bz z tñ dulce sonat. ¶ Phus. Es siue cuprū sonoz est et vocale. natura caliduz. sonꝰ eius p se rudis est. admixtū ꝙ stanno vl argēto vel auro validū est valde: dulcēqz tinnitum habet. Tinnit autem ceteris metallis: sz vexat auditum: nisi stanno cōmodius temperetur.

Et fusile quidem est: z in omne artificium ductile. sed cum labore z moderamine verberantis nunq̃ ꝙ sic purgari potest quin facile contrahat corruptelam. Durat tamen in annos plurimos.

Operationes

A ¶ Ysiꝰ. Es aũt a splendore aeris dicit: sicut et aurum z argentũ. Apud antiquos prior eris vsus q̃ ferri cognitus est.

B ¶ Ere quippe primi pscindebãt terram z certamina belli gerebãt. erat q̃ in p̃cio es magis.

C ¶ Aurũ ꝙ z argentũ ꝓpter inutilitatẽ reꝛ̃jciebantur. Hunc autẽ vice uersa iacet es z aurum

D summo cessit honore. ¶ Inter omnia ꝙ metallaes vocalissimũ est z maxime potestatia. Ex eo z enea lamina fiunt.



Capitulum. xlvij.

Draconites. Alb. Draconites est lapis a capite draconis extractꝰ. et ferꝛ ab oriẽte vbi sũt dracones magni. Virtꝰ ei efficax sic lapidis q̃ vocat borax qñ de draconeextrahit adhuc viuo palpitante. Insidiant aũt draconibꝫ dormientibus Et subito scisso corpore draconis adhuc palpitante euellunt lapidem.

Operationes.

A ¶ Alb. in mirabilibꝫ dicit q̃ draconites deuincunt inimici: ꝫ venena valet si de vino extrahabat z ꝺꝛ ferri in sinistro brachio. Amme enum actibꝫ multa ꝓfert. Vis etiã supfluitatibꝫ que generant in animalibꝫ z mortẽ corruptio. Iterat ea qñ naturali morte corruptꝰ hũoribꝫ morit̃ z qñ mortua vl corrupta occisa lacuerũt.

B ¶ Ego aũt in ptibꝫ almanie i Sueuia vidi lapt dẽ sup quẽ ꝙuenerãt plꝰ q̃ꝫ. x. serpẽtes int montes i q̃dã prato. z cũ trãsitũ facerent: inde dñs terre milites euaginatis gladiꝫs sciderũt serpẽtes in multa frusta. z in fundo tñ q̃dã magnus iacuit serpẽs i multas ptes incisus: z sub capite serpẽtis inuẽtꝰ est lapis niger formatꝰ vt piramis abscissa nõ plucidꝰ i circuitu colorꝫ pallidi pulcerrimũ babẽs desc̃ptũ serpẽtẽ. Et hũc lapidẽ ab vxore eiusdẽ nobilis mihi p̃sentatũ cum capite eiusdẽ serpentis.

C ¶ Itẽ ꝺꝛ venena fugere que fiũt a morsibꝫ animaliũ venenatoꝝ. Victores ꝺꝛ etiam efficere.



Capitulum. xlviij.

Deimõis. Dyadochos. z droselitꝰ. Albertꝰ. Deimõis est quidã lapis bicolor vt arcꝰ deimonis q̃ iris vocat. Est aũt deimon dictꝰ q̃ grece intellectũ vel stellã clarã stillantẽ sonat. Idẽ. Dyodochos est lapis pallidus: ꝺꝛ aliquantulũ berillo similis.

Operationes.

A ¶ Alb. Lapis deimõis ꝺꝛ ꝓferre febricitãtibꝫ: venenosa pellere: z tutũ z victoriẽ reddere.

B ¶ Dyadochos ꝺꝛ fantasmata intantũ excitare q̃ magi maxime hoc vtunt. tñ applicatꝰ defuncto: vires amittit. q̃ mortẽ odire ꝓhibetur Vox aũt ratio haberi potest in libris magoꝝ. hoc est hermetis. tebit. bencoratb. z ptolomei de quibꝫ nõ presentis intentionis.

C ¶ Arnoldus. Droselitus est lapis varius: cuius nominis causa extitit. quia si ad ignem applicetur velut ludorem emittit.



Capitulum.xlix.

Dyacodos.dyamanticus.et dyonisia: Arnol. Dyacodos est lapis pallido berillo similis.

Operationes.

¶Ex lib. de na. re. Dyacodos est lapis q̄ aq̄s iniectus varias effigies demonū efficit: ita vt det responsa petentib⁹. ¶In eodem lib. Dyamanticus est lapis qui in quocūq; metallo gestetur: ferream tñ sibi sedē ꝑ in quā elegit.

¶Ysiō. Dyonisia est lapis niger mixt⁹ rubētib⁹ notis. Nec ex aq̄ trita vinū fragrat: z odore suo putat ebrietati resistere. ¶Phus. Dyonisia lapis est oriēt⁹ fusci coloris nucis respersis guttis. in aq̄ tritus vinū fragrat z tñ ebrietas ꝓtra naturā odore suo fugari solet.



Capitulū.l.

Xacontalitus. ermistion et ethites. ¶Ysiō. Exacōtalitus lapis est in parua magnitudie. multi coloris est: vnde z nominat⁹ est. Tam diuersis enim notis aspersus est: vt sexaginta gemmaꝝ colores in paruo eius orbiculo deprehendant.

Operationes.

¶Arnoldus. Exacōtalit⁹ est lapis valde paruus ex coloribꝫ sexaginta distinctus. Hic hominis oculos efficit tremulosos.

¶Ex lapidario.

Exacōtalitus lapis ex re nomen adeptus:
Corporis exigui miro dispendio supplet.
Dū tot gēmaꝝ sumit gēmula sola decorē.

¶Ysidorus. Ermisteon gemma inter gratissimas aspicitur et ex igneo colore radians auro. portans secum in extremitatibus candidaz lucem.

¶Ex libro ō naturis rerum. Ethites est lapis punicei coloris. habens lapillum interius: ex quo fit sonor⁹. Hic ab aquila de extremis orbis partib⁹ in nidū portat. naturaliter em̄ hūc esse causaz q̄ dua aquile īmoderato colore cōcalescūt: nisi lapis naturaliter frigidus ꝓsens sit. hic pueros in columes seruat.

¶Efficacissime pregnātes iuuat. ne abortum faciant. vel in partu grauiter laborent: in leuo lacerto portari vult. sobrietatem cōfert et gratiam: facitq; victorem. De isto lapide superius etiam dictum est.



Capitulum. lj.

Ematbites. ysiō. Ematbites lapis est dict⁹: q⁹ rubore sanguine⁹. Emach ap̄ pe sanguis est. Bignit aūt in ethiopia: sed p̄ncipalis in arabia ⁊ affrica inuenitur.

Operationes

A ¶Ematbites dicitur: quia emach sanguis thi thel sistens. habz enim virtutem ſtringendi fluxum sanguinis.

B ¶Ex lib. de na. re. Ematbites est lapis ferruginei coloris. mixtus venis sanguineis. hic missus in aquam bullientem eam reddit tepidam. Si quis eum deferat solis ardorem nō timebit.

E ¶Itē soli expositus a se scintillas emittit. fructus a locustis ⁊ grandine seruat.

D ¶Idē. Cōfractus ⁊ in aqua resolutus sanat eos qui saliuas sanguineas emittunt.

E ¶Sanat etiā ventris fluxū. puluis eius carnes mortuas crescentes in vulnere corrodit et tollit. Uino quoq; permixt⁹ vlcera sanat. Bibitusq; lapidem vesice frangit.

F ¶Ex lapidario. Sumpsit ematbites grecus de sanguine nomen. Nature lapis hūane seruire creatus. Stiptica cui virtus per multa p batur inesse.



Capitulum. lij.

Exacolit⁹ ⁊ exebenos. Alb. Exacolitus est lapis vari⁹: dissolutiu⁹ ut dicūt periti medicor̄. Dyas. Exebenos lapis est albus ⁊ speciosus quo solēt aurifices aurū limpidare.

Operationes.

¶Alb. Exacolitus vino permixtus ⁊ potatus valet contra colicam ⁊ yliacam passionem. A

¶Dyas. Exebenos curat stomaticos potat⁹ cū passo ⁊ aq̄. silr amētes sanat potatus. B

¶Ad venereas voluptates mirifice facit bibitus. quia nō patitur diu cos fatigari. E

¶Soluit etiā vesicā dolentē. Hā portatus partū sine egritudine ꝓseruat: ⁊ velocitatē parturientis facit circumligatus femori. D



Capitulum. liij.

Enidros. efestis et egypcilla. Isiō. Enidros lapis est ab aqua vocatus. cum dat enim aquam ita vt clausam putes in eo fontaneam scaturiginem. ¶Arnol. Enidros est lapis distillans perpetuis guttis nec liquescit omnino: nec efficitur minor. Ex li. de na. rer. Enidros lapis cristallo similis miro modo perpetuis lacrymis distillat. ⁊ tamē durus ⁊ integer in omnib⁹ perseuerat.

Operationes

¶Ex lapidario. Huius nature graue est deprehendere causam. Nam si decurrit lapidis substantia quare. Nō minor efficitur aut non omnino liquescit. Si res exterior descendit ad inferiora. Ut semper refluat. curse nū impedit ipsum. Scilicet ingrediēs ꝓtrarius egredienti. A

¶Ysiō. Efestis lapis est speculi naturā habēs in reddendis ymaginib⁹ quam q̄ rutilet. B

¶Experimentū eius est: si feruēti aque addita statim refrigeret. Aut si soli oppositā materiā aridā accedant. nascit in thorintho. E

¶Idem egypcilla gemma est radice nigra. facie vero cerulea. ex egypto vbi reperitur sic appellata. D



Capitulum. liiij.

Elitropia.ysi. Elitropia est gēma colōris viridis ac nubil' stellis puniceis sup sparsa cū sāguineis venis. cū vero nois ē de effectu ipi' lapidis. Nā i labris eneis deiecta radios solis mutat. sāguineo repercusso. extra aquā aūt specti mō solē excipiat. ō phēdit q defectū ei' subeūtē lunā oīdēs. Bigenit i egypto z affrica. Iz melior i ethiopia. Dagi hāc admixta herba elitropia: quibusdā additis pcantationib' gerentē ospici negant.

Operationes.

¶Arn. Lapis elitropia si ponat sup aquā eua porabit eā. ¶Ex li. ō na. re. Lapis elitropi' in vase aq̄ pleno solis radijs subiect' sanguineū solē reddit. ac si pateret eclipsim. nec i era vas ipm i q̄ iacet ebulire videt. Et aquā velut imbres spargere. Hoc facto videntes arreptici (si psentes sint) extra se rapiūt z futura pdicunt.

¶Hic lapis gestantem in longa vite tempora producit. sanguinem stringit. venena fugat: et contra dolos tutum facit

¶Ex lapidario.

Ex re nomen habens est elitropia gemma.
Quę solis radijs in aqua subiecta parillo
Sanguinem reddit mutato lumine solem:
Eclipsimq̄ nouam: terris effundere cogit.
Demiq̄ post modicum: vas ebulire videbis.
Aspergiq̄ foras subite scaturigīs imbrem.

Capitulum. lv.

Epistites Arist. Epistites lapis est q̄ se curitatē bestijs pbet. z si mittat' in aque bullientis vas: cessant ebullitionis eius ampulle.




Operationes

¶Arnol. Epistites lapis est rutilās z rubicūdus ex pte cordis gestatus hominē tutū custodit. locustas z volucres nebulasq̄ steriles: grādinem ac turbinem a fructib' terre compescit. et soli oppositus ignem ac radios emittit.

¶Dyas. Epistit i lapis rubicūdus ac dilucid' est. z nascitur in corimbo. Hic in aquā feruentem missus: cōtinuo tepidorē eam reddit.

¶Et si aliquantulū steterit: ibi omnē ardorē tollens frigidā eam facit. ¶Hic cū aliquis in manu dextra ptra solē tenuerit radios emittit z ignē vomit. ita vt videntes mirentur.

¶Qui ēo circa brachium sinistrum eum portauerit: omnes turbas contempnit.



Capitulum.lvj.

EAlcanos.filaterus:flogites:z flogm9: Arnol. Falcãos q̃ z arsenicũ vl' auripigmẽtũ ꝺr.lapis ẽ rube9 z citrinus.

Operationes


¶Habetqꝫ naturã sulphur z calefaciẽdi z desiccãdi. Si eri apponaf trãsmutat illõ ĩ albũ. Oĩa metallina corpa erurit ꝑter aurum.

¶Idẽ. Flater9 ea dẽ ẽ gẽma eiusdẽqꝫ ꝓprietatis. cui9 ẽ crisolit9. de q̃ sufficiẽter dictũ ẽ supius.

¶Ysi. Flogites gẽma ex plidia. z hec ẽ vna ex gẽmis ardẽtib9 vel cristallinis ostentãs intra se q̃si flãmas eluates q̃ nõ exeant exterius.

¶Plinius. Flogm9 in egypto inuenif. auros sum z flãmineũ habet colorem.

¶Idẽ. Illinit9 frõti flogmũ sqꝫ sõnũ iducit.



Capitulum.lvij.

EErrũ. ysi. liij. Ferrũ ꝺr eo q farra. id ẽ semina frugũ cõdat. Usus ferri p9 alia metalla repertus est. Cuius postea ꝓsa in obꝓbriũ species. Aristo. in lib. metheororum. iij. Ex vaporib9 humidis in terra species nulla dilatatur in pcussiõe sicut ferrũ. Eorũqꝫ esse est q9 q̃ cõartaf igneitas z lapideitas desiccanf z arescunt. Idem in lib. iiij. Quedam sunt igne mollificabilia velut ferrum z cornu. Exit qꝫ ferrũ sic molle z scissibile. Ferrum aũt a calido liquatũ coagulaf in frigidatũ. ipsumqꝫ operatum liquaf vt humidum fiat: intereꝫ coaguletur. Scoria ꝓ subltat z deorsum daf. Cũqꝫ multotiẽs patif z mũdum fit: hoc calibs fit. minusqꝫ põdus est emũdati. Melius quoqꝫ ferrũ est qõ minorẽ purgationẽ habet.

Operationes.

¶Ex li. de na. re. Ferrũ frigide nature est duꝫ solidũ z incisiuũ: oĩa fortitudine sua domat. et a se tm̃ cõsumif. ¶Sup oĩa metalla corrupte lã facilius ꝓtrahit. ¶Et etiã cõtacta corruptione ificit. Rauce sonat: igne ebescit z ductile fit. ¶Ex eo fiunt arma diuersa qꝫ instrumenta incisionibus apta.



Capitulum.lviij.



AGates. ysiꝺ. Bagates ꝑmũ in Sicilia inuẽtus Bagatz fluminis fluore reiect9. vñ z noiatus. licz in Britania sit plurim9. Est aũt niger. planus leuis. z ardẽs ignis admotus fictilia i eo septa nõ dolenf. Dixꝫ q9 aqua accendif oleo extinguif

Operationes.

¶Ex lib. de na. re. Bagates lapis niger est ac lucidus. ca ducis pẽ est accensus.

¶Demones q̃z fugat: aut si p os hoĩs obsessi loquanf: sumus eos tacere cogit.

¶Idẽ. Si toma chũ cuersum iuuat. z aqua in qua triduo ia cuerit cito partũ liberat.

¶Ipsa q̃z aqua si a puella potef an virgo sit deꝑhendif. Nam si virgo est ĩmota manet: si corrupta incõtinenti mingit.

¶Idẽ lapis demonib9 z incantationib9 resistit. serpẽtes fugat. vnde z aquila ponit eum in nido suo contra serpentes.

¶Sergius tamẽ dicit: q9 hoc facit vt calorẽ suum circa ova temperet.

G ¶Idē q̄z calefactus ꝓficatōi matricis quando suffumigat ex ipso. epilenticis confert. Fumus eius effugat vermes venenosos.

V ¶Dyas. Hagates melior est ille qui facile igni exarserit: z odorem habet aspalti.

I ¶Hic aq̄ solutus dētes mobiles ꝓfirmat. ad rigores p̄cordioz ac dolores z euersiōes facit

K ¶Incensus serpentes fugat. Incenditur autem z in aqua mittitur z parturienti de eadem aqua per triduum potui datur.

L ¶Demonibus z omnibus maleficijs resistit: virginitatē deprehendit.



Capitulum.lix.

GAlactites z garamantites. ysiō. Galactites lapis lacteus dicit q̄ attritus reddit succū albū ad lactis saporem.

Operationes

A ¶Feminis nutrientibꝰ alligat ꝰ fecūdat vbera. Infantiū q̄z collo suspensus saluā ferē facere. In ore aūt liquescere z memoriam adimere.

B ¶Arnol. Galactites lapis est cineri similis. hūc mittit nilus z atheolus. da tq̄ lactis succū z saporem. z in ore clausus turbat mentem.

L ¶Collo circūdatus vbera lacte replet. z femore ligatus faciles partus p̄bet. Denīq̄ si vespe cū sale mixtus aqua ouile circūspargit: oues lacte repletur z scabies ab eis fugatur.

D ¶Aristo. Lapis galactides dum ponit contra incendiū ignis extinguitur. z si supra mulierem suspenditur partus egreditur.

E ¶Dyasco. Lapis galactites colore cinereus est: gustu dulcis. sic dictus: quia tritus colorē lacteum emittit.

¶Hic post balneū ieiuno datus cū mulsa vel aqua lactis copiam ministrat. F

¶Lacteus aūt dicit: q̄z p̄cedentia mala in oblitionē adducit. vnde z mulieri difficulter pariēti: filo facto de lana ouis circa femur dextr̄ ligatus: mox eam sine dolore parere facit. H

¶Idem. Fascina ligatum dolorem dentiū liberat. z qui secum eum portauerit. si principē vel alium offensum habuerit in oblitionē eum adducit z gratiosum reddit. D

¶Plini. Haramantitē aliqui vocant lapidem qui z sandarestus dicit. de quo dicet inferius. I



Capitulum.lx.

GRanat9 z garatiden. Cōstantin9. Granatus est de genere carbūculi. Est aūt lapis rube9 z plucidus. in colore silis balaustijs. est aūt rube9 aliq̄ntulū obscurior carbūculo. Et cū subūct ei in sigillis niger color: tūc magis rutilat. Et in ꝫ genere ūuenitur quidā mod9. q̄ intra rubore sparsus hz viole colorē ꝓpter ꝫ gen9 violatū dr z p̄ciosior est alijs granatis. ¶Alb. Baratiden est lapis q̄ fert esse nigri coloris. Probat aūt veritas huiꝰ lapidis sic. Si gelatā lapidē totū corpus suum vngat melle muscis z vespis exponi. z si intra crus manet ab eis lapis est verus. z si deponit lapidē musce z vespe sup mel cadūt z fugūt.

Operationes

¶Cōstanti. z Alb. Dicunt granatū letificare cor z pellere tristiciā. z est ca. z sic. z q̄ quidam hunc esse de genere iacincti est falsum. A

¶Inuenit aūt lapis ꝫ fm plinios in ethiopia z aliq̄ens intra tyrum iuxta arenas maris. B

¶Alb. Aiūt q lapis garatiden in ore portatꝰ facit bñ iudicare opiniones ꝛ cogitationes.

¶Ferť etiam q gestantē gratiosum reddit hominibꝫ. Ita similiter asserit Enax.



Capitulum.lxj.

Agacromeō. grisolitus. ꝛ galacides. Alb. Hagacromeon est lapis diuersi coloris sicut pellis capreoli. ¶Idem. Grisolitꝰ est gēma colorꝫ aurei in horꝫ matutinus visu pulcerrimꝰ est. in alijs aūt horis dissimilis. ab igne aūt corrūpiť ꝛ fugať. Et vt q̄daꝫ dicūt inflāmať ꝛ iō timere ignē dr. Dicūt autē alīq q ē aliud genꝰ istiꝰ lapidis. q̄ est lapis ignobilis substātie. ꝛ est marchasita aurea q̄ medīū quoddā est inter metalla ꝛ lapides. Dicť autē tertium genus istius lapidis esse coloris medij inter ceruleū ꝛ rubeū. Plinius. Halatides velut cinereus est gustu dulcis.

Operationes.

A ¶Alb. Hargacromeon victores reddit se gestātes.

B ¶Expti aūt dicūt esse ab alchidepnn cipe quodā: qui quotiēs hūc lapidē secū habebat: semp vincebat in terra ꝛ in mari. q̄tiēs autē caruit ferť hostibꝫ succubuisse.

L ¶Alb. Grisolitus. Virť hui⁹ lapidis est curare scabiē ꝛ vlcera. ꝛ ī manu gestatꝰ colorē febris mitigare dr.

D ¶Plī. Halatides later humectat ꝛ leniter cōstringit. ꝛ ideo facit ad lacrymas oculoꝝ.

Capitulum. lxij.

Glacies ꝛ glosopetra. ysi. Hglacies sigue. Halacies lapis cādorē ꝛ figurā pstat grandinis. Duricia q̄z inuicta est vt adamas. in ignē ferť etiā frigꝰ suū manere.



Operationes

A ¶Arnol. Halacia lapis omni tēpore frigidus nec vnq̄z calefit.

B ¶Ex lapidario. Est que candorem fert grandinis atq̄z figuram. Ictibus omnimodis inuicta gelacia gemma. Cuius nature vis tanta fore probatur. Vt omni tempore frigida sit: nulloq̄z calefacit ab igne.

L ¶Solinus. Glosopetra lapis deficientibus lunis e celo cadit: lingue hūane similis est non modice: vt magi ferūt potestatis. qui ex ea motus lunares excitari putant.



Capitulum.lxiij.

GIpsum. Dyas. capi. de gipso. Gipsum genus est lapidis similis nitro. cuius est optimū qđ habet venas latas. Gipsum vero non coctum desiccatiuum est et stipticuz: et parum plausticum et collectiuum.

Operationes

¶ Dyas. Fluxū sanguis z sudorē abstinet. bibitum offocat boiem. ¶ Ustū po leptomeris est z desiccat z reprimit: cū pisca tritū in iuribz. est etiā vt gessania: sz amplius stipticans z refrigerans fortiter. Uñ illinitū fronti sanguis cursū stringit. potatū po dissinterias z ciliacas z omnī pro fluo resistit. Flos eius iacit ad eā q̄ instātius constringere volumus. ¶ Sera. li. aggre. capi. Gipseri. Uirtus eius est desiccatiua.

¶ Et idē aucto. Hal. Nō administrat nisi exterius. z virtus eius est q̄ desiccat z cōglutinat z opilat. Et p̄ ideo: qz ipm facit aggregationem partiū cito. z cōuenit fluxui sanguis qñ miscet cū medicinis siccis: qz gipsum est durū sicut lapis. et iō oportet q̄ admisceat cū albumie ouī.

¶ Et fit multū stipticū qñ miscet cū puluere molendini: q̄ aggregat qñ euolat ex farina a frumēti super muros molendini et pilis leporis.

¶ Et qñ aduritur minuit de viscositate sua: z auget subtilitas sua et sua densio. et fit stipticum: maxime qñ conficit cum aqua et aceto.



Capitulum. lxiiij.

HYena z hyeratides. ysiō. Hyena lapis est qui in oculis hyene beltie inuenit. Qui si sub lingua hois subditus fuerit futura cū precinere dicūt. ¶ Aristo. in li. de animalibz. Gemmā hyene portāt in oculis: vel vt aliqui dicunt in fronte.

Operationes

¶ Uarietas multiplex colorūq̄z mutatio inest oculis hyene: in q̄z pupillis inuenit lapis quē dicūt p̄dicēdi futura p̄ditū ptāte. ¶ Ex lapidario. Tollit ex oculis lapis extollendus hyene. Uaticiū munere dicūt inferre gerēti. Qui q̄at imbutus p̄cinere queq̄z futura. Sub lingua loto si cōtineat in ore. ¶ Ysi. Hyeratides est lapis accipitris coloris silis. ¶ Aristo. in li. de aīalibz. Hyeratides lapis si ab hoie gestet a muscis vl apibz nō mordet. ¶ Arnol. Hyeratides lapis est niger: quē qui in ore gestauerit magis cogitationū z opinionū iudex efficit: z amabil reddit. ¶ Sic aūt virtus eius p̄bat: corpus gestantis si nudū melle fuerit inunctū z muscis expositū intactū relinquet ipsuz. ac si lapis ab eo auferat sugent at q̄z corrumpunt corpus.



Capitulum. lxv.

IAcinctus. Ex li. de na. re. Jacinctus ē lapis ceruleus: in obscuro nubilosus: in sereno clarus. ita q̄ a cra sentire dr. Per optimus est ille qui nec nimiū clarus nec nimis obscurus. Est aūt frigidissimus: et hoc magis si mittatur in os. Solidissime q̄z duriciei est: ita q̄ findi vel sculpi recusat. ¶ Dyasco. Jacinci vt dictū est: species sunt tres. inter quas granati sunt meliores: qui iuxta ignē magz rubicundi fiūt. Et si ab aliqua ibi fuerat nigredo tollit. veneti po nō patiunt ignē. ¶ Serapion Eius sunt tres species. Una est coloris rubei.

Secũda est citrini coloris. Tertia est coloris cabali ꝛ coloris antimonij. ꝛ rubẽs ẽ melior alijs Et qñ incendit sup eum ignis rubescit multũ.

¶ Alb. in suo lapidario. Jacinctoꝝ duo sunt gña: aq̃ticus scz ꝛ saphirinus. Aquaticus est flauus albescens. Saphirinus aũt est flauus valde glucidus: q̃si nihil habens aqueitatis.

Operationes

¶ Albertus. De expertis est q̃ est frigidus: ꝛ cõfortat corpora: sicut omne frigidum quod strin git virtutem corporum intus.

¶ In de ligaturis phisicis autẽ dicit: q̃ collo suspensus vel digito portatus tutũ reddit pere grinum: ꝛ gratum hospitibus.

¶ Et valet contra pestiferas regiones. Et ꝙ pertum est q̃ somnum prouocat propter suam frigidam complexionem.

¶ Saphirinus aũt specialiter ꝟ bze ór: q̃ ꝟtus eius est ꝟ roꝛicũ. Aiũt etiã q̃ ꝓfert diuitias: et naturaliꝫ ingeniũ bonũ reddit ꝛ letitiã cordis.

¶ Sera. Est aũt virtus iacincti: q̃ qui portauerit secũ ipsum ante sigillationẽ factã cũ eo: fit tutus a fulgore: ita q̃ nõ cadit sup eũ. Virtus hec est multum diuulgata inter homines.

¶ Aui. de viribꝫ cordis dicit: q̃ cõfortat cor.



Capitulum.lxvi.

Jaspis. Alber. Jaspis est lapis multoꝝ coloꝝ. Et habet species decez. Melioꝛ tñ est viridis transparẽs: habẽs in se venas rubeas. Debet aũt in argento ligari Nic in multis partibus inuenitur.

Operationes

¶ Helꝛnandus libro ,r. Jaspis optimus est viridi transfluentiq̃ colore.

¶ Laste gestatus fugat febres ꝛ ydropem.

¶ Apositusq̃ iuuat mulierem parturientem. Uis autẽ eius fortioꝛ dicit in argento.

¶ Aristo. Jaspis clarificat visum bois sanguinẽ stringit: ꝛ si sup mulierẽ est: partũ eiꝰ soluit.

¶ Arnol. Jaspis est gemma multoꝝ coloꝝ: sed optimus est viridis ꝛ transflucens. De multis partibus transmittit. Hominẽ tutum facit.

¶ Et fantasmata pellit: luxuriam q̃z cohibet. ꝛ conceptũ prohibet. Est aũt virtus eius cõtra fluxum sanguinis ꝛ menstruoꝝ.

¶ Philosophus. Si quis aũt inuenerit iaspidem viridem ꝛ in eo crucem: habet virtutẽ vt ferens ipsum non mergatur.

¶ Itaq̃ Galienum in digito portasse fertur hunc lapidem.

¶ Item iaspis habet virtutem contra omnes inimicos. et pellit fantasmata.



Capitulum.lxvii.

Iris. Alb. Iris cristallo est silis. ꝛ est vt frequentius exagonus. Dicitur Enax q̃ de arabia venit: ꝛ in mari rubro nascit. Flos aũt inuenitur maximã copiã hoꝝ lapidũ in mõtibus germanie: q̃ sunt inter renũ fluuiũ ꝛ Treuerensem ciuitatẽ. ꝛ diuerse quantitatis omnes sunt exagoni. In alijs autẽ lapidibꝫ cũ naturaliter sunt rotũdi: exagoni efficiũtur: sicut foramina apũ in medio posita exagona efficiũtur. cũ illa que sunt in extremis sunt rotũda.

Operationes

A ¶ Est ãt lapis siccissim9 qđ sua indicat subtilitas maxia. Fit aũt ex aqueo succo q̃ euadit de
B materia lapidis. q̃ gñat in luto rubeo. ¶ Et qz ℔ aqueũ vehemẽter a sicco appℏẽsuz ẽ siccus z
L dur9 lapis valde. ¶ Luz aũt sub tecto soli ei9 ps immittit: z ps ei9 in vmbra tenet: pjcit reflectẽdo pulcerrimos colores yridis sup oppositũ parietẽ. vel sup aliqđ corp9 ppt qđ yris vocat
D ¶ Aliqđ ãt sile huic nascit i gipso qđ ẽ pspicuum in extremis z scissibile valde. z vtuntur eo p vitro quidã in vitris



Capitulum. lxvij.

Escultos z Jena. Alb. z Jsi. Jscultos ẽ lapis croco silis Lapis in vltimis hispanioz ptib9. freq̃nti9 inuenit iuxta gades berculis. ij. z in. ij. climatibus iuxta hyspaniam illã quã modo hyspaniã vocamus

Operationes.

A ¶ Est ãt lapis filabilis ꝓpter viscositatẽ i eo are
B factã. ¶ Et si de eo fiat vestz nõ cõburit. sed ex
L igne purgat z nitet. ¶ Et forte illud qđ germani vocãt salamãdre. q: hec lanugo q̃ inde colligit ẽ sicut lanugo lapidis humidi. q̃re ãt nõ credimus in metheoroz expeditũ ẽ. Hui9 speciez quã dã dicũt esse quẽdã lapidẽ: quẽ quidã vocãt carbunculũ albũ. Jmitat carbunculũ in hoc q fãtasmatibz z presagijs resistit. ¶ Ualet cõtra do
D lorẽ oculoz ex hũida cã. z redact9 in puluerẽ sanat scabiẽ. ¶ Jtẽ Jsi. dicit de lapide isto q ẽ al
E bus ad modũ glãdis in q̃ntitate. Albert9. Jena ẽ lapis a bestia q̃ iena vocat. sic dict9 eo q oculi ei9 in lapidẽ vertunt totaliter. ¶ Aiũt ãt Enax z Aayen. q positus sub lingua confert diuinando dicere futura.

B



Capitulum. lxix

Acabrates. Kamã. z Kenne. Albertus
k kacabrates ẽ lapis simile cristallo

Operationes


¶ De eo fert q eloquẽtiã dat z honorẽ z grã A
vz ꝯ hydropisim. ¶ Jtẽ Alb. Kamã ẽ lapis sre B
quẽter alb9 in toto vel in pte. vari9 ẽ in colore. z
frequẽtissime inuenit immixtus onicimio.
Uirtusq z fert ex imaginibz z scripturis q̃ inue L
niunt i ipo ex sigillis. ¶ Enax in lapidario suo D
Kenne ẽ quidã lapis multũ car9 regib9. qui generat in occultis ceruoz in oriẽte. qui cũ serpẽtes comedũt deponẽtes seniũ vt fortiores fiant intrãt flumẽ vbi morãt imersi vsq ad caput. tam diu q̃l sentiãt ꝑtutẽ veneni separatã in terra lacrimã emittunt. que coagulata in oculis interdum vsq ad magnitudinem nucis desiccatur donec cadat cum de flumine exierint. z sic inuenitur. Et hec dicitur venenoz tyriaca.

Capitulum lxx.

Arabe. pã. ca. cc xx. viij. Karabe ẽ gũ
k mi arboris. vt gẽma vñ anuli fiunt: vñ electrũ succinũ et karabe sub eodem ponunt. q: electrũ ẽ karabe z succinũ ẽ karabe.

Operationes.

¶ Uñ habem9 ab Alexãdro ca. de Dissiãte A
nia trocisc9 dyalectrũ. ¶ Jtẽ Seruj9 sup bu B
co. Uirgilij in egloga paltorj. dicit q electruz ẽ



E
D
E

post succinū. ¶ Itē calli⁹ felix tra. de trociscis dicit. Trociscos de succino. ⁊ ē electꝝ et describit trociscos de karabe. ¶ Aui. in li. de viribus cordis. Karabe. ca. est. in. i. sic. in. ij. Aliqui volunt q̄ sit fri. ¶ Actor de karabe inuenies superius i tractatu de herbis. ca. cc.xxxvij. de k. quare lector ibidem recurrat ⁊ inueniet eius virtutē et operationem.



Capitulum .lxxj.

LAzuli latine. Ara. hager alzenard siue elezanard. Sera. lib. a. g. c. hager alzenard. Oꝑtet q̄ eligat ex eo cui⁹ color ē celestis multum cum corpusculis aureis. et levis est sine asperitate. et sine admixtione alteri⁹ lapidis. ⁊ qui nō frangitur facile. et cuius frusta sunt mag̃. ¶ Jo. me. c. ō lapide lazuli. Lapis lactul⁹ vel stellat⁹ vel lazuli ē de gñe marinorū hñs maculas et auro. ⁊ ē ali⁹ alb⁹. Et ō lapis markasita. ⁊ ali⁹ indus clar⁹ celestis. Et dicit lazuli ⁊ qñq̄ minera fert vtrūq̄ simul. ⁊ melior ē cui⁹ color ē viridior in colore azuli. ⁊ habz maculas aureas ⁊ nigr⁹ cū markasita est nō bon⁹ ⁊ nō maculat⁹. ⁊ silr lenis. ca. ē in. ij. sic. in. iij.

Operationes

¶ Sera. Virt⁹ ei⁹ ē similis glutini auri. nisi q̄ est debilior eo. ⁊ facit nasci pilos in palpebris. ¶ Et idē auc. Baſ. Est in eo stipticitas cū acuitate pauca. Et virtus ei⁹ ē q̄ desiccat ⁊ infrigidat etiā palpebras q̄ depilāt ꝑter aliqs humores acutos. ⁊ remanēt q̄ i eis nō augēt pili nec multiplicāt. ⁊ sunt subtiles ⁊ debiles. Et ħ q̄ lapis lazuli in his locis destruit humiditatē ipor̄ humoꝝ. ⁊ immutat superfluitatē ad cōplexionez sua radicalē cū q̄ fit gñatio piloꝝ palpebrarū. ¶ Et oportet q̄ ad ħ terat ad multū ⁊ administret in puluere. ¶ Et idē. Qñ suspendit ad collū infantis removet ab eis tumores. ⁊ facit birros capillos ¶ Itē hz virtutē adustiuā ⁊ putrefactiuā. ⁊ ideo aufert verrucas. et qñ sumit interius laxat humoꝝ ē melācolicū. ⁊ mūdificat sanguinē. ab hūoribꝫ grossis. ¶ Et dosis eius est a iij. k. rat vsq̄ ad z. i. qñ misceat cū aliꝫ medicinis laxatiuis. ¶ Et cōuenit plus dolori renū et asmati: et qñ sumit in potu. aut fit nascale cum eo prouocat mēstrua. ¶ Et potus eius cōmouet nauseā ⁊ vomitū. ſz ablutio ei⁹ removz ħ ab eo. ¶ Auicē. de virtꝫ cordis dicit. q̄ cōfortat cor



A
B
L
D
E
F
H
V
J

Capitulum.lxxiij.

Lacteus z lincis. Auicē. lib. ij. ca. ꝓprio. Lapis lacteus est lapis q̄ cū fricat aq̄ egredit ex eo quoddā sicut lac. Et hic quidē lapis est cinerei coloris: dulcis saporis.

Operationes

A ¶Aui. Terit cū aq̄ z seruat qō resoluit ex eo i pixide de plūbo cōuenit in initio apostematū.

B ¶Et fit ex eius fricatione alcohol. ¶Et phibz cursum sup fluitatū ad oculū z ylcera in ipso accidētia. ¶Enax in lapidario suo. Lincis est lapis. z fit de vrina lupi ceruarij micta: z in mō tibz coagulata: q̄ in domo seruatus generat optimos fungos sup se q̄libet anno. ¶Dicit vale re ꝫ dolorē stomachi: z yctericiā z fluxū vētris.

D

E



Capitulum.lxxiiij.

Litargirum latīe. Arabice z grece marechet. Sera. li. ag. ca. marechet. auct. Dyas. Quoddā ex eo est qō fit ex vena plūbea: ita q̄ inflāmat donec fiat sicut ignis: z dissoluit donec aduratur z postea coagulat. Et ex eo est qō fit ex argēto: z ex eo est qō fit ex plūbo qū fūit ex eo lamine: z adurit ps ei9. Et ō eo est cuius color est rubeus splendēs: z est aureū. z est meli9 alijs. z ex eo est purpurei coloris: z ē argenteū. Est alius modus factionis litargiri: quē in iuuētute mea vidi sardinie fieri: vbi argētū z plumbū sil' colabant. z est verior modus.

¶Sera. auc. Alcauzi. Litargirū dealbatū est magis iuuatiuum ad auferendū vestigia varioloꝝ q̄ non albatum.

A'

¶Et aufert fetorē sub ascellaꝝ. z ꝓhibet sudorē

B

¶Et si bibat ex eo: stringit ventrem z vrinam. et prefocat et occidit.

C

¶Paulus. Contra scabiem de flegmate salso vel colera valet.

D

¶Contra dissinteriam frigidam vitio intestinoruꝫ fiat ex eo puluis qui inūciatur cū cristeri cum oleo rosarum z aqua ordei.

E

¶Cōtra vlcerationē virge distēperet cū oleo rosaꝝ z inungat. nā vlcerationē consolidat.

F

¶Cōtra feruorem berisipile conficiat puluis litargiri z ceruse cum aqua rosaꝝ donec aqua non inficiatur ex puluere.

G

